

www.e-rara.ch

**Joh. Ravisii Textoris Nivernensis, Poetæ Celeberrimi, Officina, Sive
Theatrum Histor. Et Poeticum**

Tixier, Jean

Basileæ, M. DC. XXVI

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-76654>

Liber tertius

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Theodorus Coriarius humanam tantum naturam tribuebat Christo, Fatebatur tamen, verbum Dei in eo habitasse ob excellentem virtutem, Mariamque non Dei, sed hominis tantum matrem esse. In hunc celebrata est V Synodus, Iustiniani principis & Vigili pontif. tempore, anno salutis D XL-vbi sancitum est, vt Maria Theotocos, id est, Dei mater, vocaretur. Euseb. lib. 5.

Tertullianus patria Carthaginensis, quum in fide aliquandiu perstitisset, tandem clericorum Romanorum contumeliis ad Montani dogma delapsus.

FINIS LIBRI SECUNDI.

Liber Tertius.

DE DIVERSORVM GENTIVM

Regibus. Cap. I.



R GIVORVM reges dicuntur Abantiadae, Persarum Achæmenidae, Ægyptiorum Prolomæi & Pharaones, Latinorum Murrhani, Albanorum Syluii, Syriæ Antiochi, Arabum Arabarchæ, Libyæ Libyarchæ, Thebanorum Labdacida, Parthorum Arsacida, Romanorum Imperatores, Augusti, & Cæsares.

DE TYRANNIDE, AC DIVERSARVM

Gentium tyrannis. Cap. II.

A Gathocles tyrannus fuit Syracusis: Alexander Pheræus tyrannidem exercuit in Thessalia: Pufyris in Ægypto: vixitque Dionylius, Syracusis: Hieronymus in Sicilia: Hipparchus & Pisistratus eius pater, Athenis: Periander, Corinthi: Melanus eius filius, Ephesi. Polycrates & Sylofon fratres in Samo: Procopius, Constantinopoli: Phalaris, Agrigenti: Candaules, Sardibus: Creon, Thebis: Clearchus Heracleæ: Crabrinus, Cremonæ: Milo, Pisa, de quo Quid. in Ibin.

Viq: Milo sub quo cruciata est Pisa tyranno,

Casus in aquoreas precipiteris aquas.

Gelon & Hiero, in Sicilia. Aristoclides & Erginus, in Orcomeno: Cypselus, Corinthi: Aristomachus & Aristippus fuerunt Argiuorum tyranni: autor Plutarch. in Arato. Critias, tyrannus Atheniensis: Hecatheus, Cardianorum: Hippo, Messanæ urbis: Machanidas, Lacedæmoniorum: Mamercus, Catanæ urbis Siciliæ: Nicocles, Sicyoniorum: Onabis, Lacedæmoniorum: Arideus, Pamphiliæ: Aristagoras Mileri: Clisthenes, Sicyonis: Anaxileus, Rheginorum. Inter tyrannos numerantur Tetrici duodecim, Ecelinus, Histius, Mnason, Nabis, Aristenicus, Nicocerontes, Hegesistratus, Stenesor, Cleaner, Sabyllus, Strates, Aristratus.

DE RITIBVS CANDIDATORVM, SEV

magistratus petentium. Cap. III.

Q Vi magistratus populi suffragiis petebant, albam vestem induere, & vrbem supplicantes ambire soliti sunt: quamquam legem à Tribuno in contrarium aliquando latam ait Liu. lib. 4. Blon. 3. Rom. triumph.

Abfque

Absque interiore tunica in forum veste operati descendebant, vt eo habitu ad supplicandum modestiores accederent : Plutarchus in vita Coriolani.

Deprehensos dexa ciues benignis orabant verbis. Idem eodem.

Multi eandem nobiles fecerunt, vt quum minus suffragiis valuissent, prosternerent se populo, fracto animo atque humili supplicarent, Cicero pro Plontio.

Candida veste induti ambiunt, ad animi integritatem denotandam, nam solus hic color syncerus & purus, & minime inquinatus est. Blon. vbi supra.

Qui consulatum perituri in campum Martium candidati descendebant, deductores suffragatoresque suos circa se habebant. Liuius libro 4. Decad. 2.

Consuevere candidati qui cicatrices haberent, ad allicienda populi suffragia, nudato corpore manifeste ostendere. Plutarch. vbi supra.

In candidatorum ambitum his versibus Lucan. inuehitur.

Hinc rapti fasces precio, sectorq; fauoris

Ipsè sui populus lethalisq; ambitus urbi

Annua venali referens certamina campo,

Vbi sectorem fauoris populum intelligit venditorem suffragiorum. Annua vero certamina, quia, vt Plut ait, non suffragiis, sed arcu, gladio, fundaque pro largitore ad comitia descendente, decertare populum cerneret, & tribunalia sæpenumero sanguine foedantem. Adde, translatione admodum eleganti ad rerum aliarum petitionem transferri candidatum, vt annotauit Beroaldus in primum Asini aurei, sicuti Plin. panegyrista gloriæ & immortalitatis candidatus fidei : Quintiliano candidatus eloquentiæ, qui eloquentiam auspiciatur : & Apuleio lib. 1. Asini aurei lepidu dicto candidatus crucis appellatur, qui petit crucem, quiue futurus est iamiam crucifixus.

DE LEGIBVS, AC QVOMODO,
item à quibus primum promulgatæ.

Cap. IV.

PRIMI qui leges scriptas proposuere, æquandæ libertatis causa, Zephyrii fuere, Aiæcis Oilæi socii : deinde Zaleucus, Spartanorum & Cretensum placita imitatus (qui à Minore vetustas leges acceperat) acerbiores leges conscripsit, pœnasq; iure debitas, iuris atq; iniuriæ regulas scripto præfinit, vt metu iudiciorum & pœnarum à criminibus abstinerent. Antea enim omnis animaduertitio criminis, non scripto iure, sed iudicis arbitrio edebatur. Postea Athenienses à Dracone & Solone scriptas leges in Prytano ab eo fixas & propositas, iuraque & iudicia acceperunt. Demum Romani moderando iura summis infimisque æquando, illorum exemplo scriptas romulgarunt.

DE LEGISLATORIBVS DIVERSARUM GENTIUM. Cap. V.

Ceres dea frugum legem dedit Siculis : vnde & legisera à poetis dicta est. Moses dedit Chaldæis, Prophetæ Ægyptiis, Chaldæi Babylonis, Magi Persis, Zoroastres Bactrianis, Zamolxis Scythis, Trismegistus & Borchus

chorus Thebanis, Gymnosophistæ Indis, Minos Cretenfibus, Philolaus & Andronodorus Chalcidenfibus, qui sunt in Thracia: Phido Corinthiis, Hippodamus Milefiis, Charonda Carthagenenfibus, Druydæ Gallis.

Philolaus Corinthius leges dedit Thebanis.

Androdamus Rheginus leges condidit Chalcidenfibus.

Forthagoras autem Thuri, quibus postea abrogatis & inductis, Metellus deuicta Creta, illas cum Romanis commutauit Lacedæmonii vero non iure scripto, sed moribus tantum vsu annorum comprobatis, pro lege vsi sunt, ideoque Lycurgus leges scriptas Spartanis nullas dedit, sed omnium consensu mores, tanquam si lex edita fuisset, experiundo obseruarunt. Indi quoque literas non nouere, sed æquissimos mores legis vice habuere, hique adeo tenaces fuere, vt omni scripto iuri anteirent.

Charandes Tyrius apud Athenienses legem tulit, ne quis a iuratus veniret in concionem.

Clisthene Atheniensis primus tulit legem de exilio, primusq; exlauit. Plato suis legibus docuit, quales deberent esse in Repub. ciues. Instituit & Remp. imaginariam, inuentu difficilimam, vt est perfectus orator Fabii Vini vsus vsque ad annum 18. non probabat. Iubebat vt iuuenes ceteram senibus vino vterentur, vt carperentur si indulgentius potassent. Volebat pueros operam dare musica, vt seria negocia honesto recrearent ocio. Laudabat veritatem, vt omnium bonorum ducem.

Draco suis legibus (quas Athenienses dedit) vnicuiq; vel minimo furto extremum supplicium irrogauit. Vnde dicebat Demades, cum sanguine, non atramento leges conscripsisse.

Bocchorus Dynastes Ægyptiis iura consituit.

Solon Atheniensibus leges dedit, abrogatis illis quas Draco tulerat. Legem tulit Sisachtheam: qua prohibebat, ne creditores ius haberent in corpora debitorum, sed bona duntaxat.

DE ÆGYPTIORVM LEGIBVS.

Cap. VI.

Primum apud Ægyptios periurii poena erat maxima ac grauissima: qui enim hoc crimine conuictus erat, capite multabatur, tanquam qui duplici tenerentur scelere, vt qui & pietatem in Deos violarent, & fidem inter homines tollerent, maximum vinculum societatis humanæ.

Si quis iter faciens, aut homines à latronibus cædi comperiret, aut quamlibet iniuriam perpeti, neque veniret auxilio, si posset, mortis erat reus. Si auxilium ferre non posset denunciare latrones tenebatur, & iniuriam accusatione prosequi: qui ea negligeret, plagis ad certum numerum pledebatur, triduoque carebat cibo.

Falso quempiam accusans, si postmodum ad iudicium delatus foret, penam calumniatoribus statutam subibat.

Si quis iniusto quaestâ viueret, aut mentiretur, in mortis poenam incidebat. Ideoq; cogebantur Ægyptii omnes scripta sua nomina ad praesides regionum deferre, & quo exercitio viuerent, rationem reddere. Quæ deinceps lex à Solone ad Athenienses deducta est.

Si quis sponte aut liberum, aut seruum occidisset, morte damnabatur, ges iubebant, quæ non fortunæ conditionem, sed consilium facti perpendentes,

dentis, homines à sceleribus deterrebant, & simul vindicata morte ferui reddebantur liberi securiores.

Parentibus qui filios occiderent, non erat poena mortis indicta, sed tribus diebus noctibusque continuis edictum, vt circa defuncti corpus assisterent, publica custodia affante. Non enim iustum putabant eum priuari vita, qui vitæ filius autor fuisset: sed potius continuo dolore factique poenitentia affligi, quo cæteri ab simili facto auerterentur.

Exquisitam imposuerunt poenam parricidis. Nam articulatim præcucis calamis casos iubebant viuos supra spinarum acervum comburi, maximum inter mortales iudicantes scelus, ei mortem per vim inferre, à quo vitam accepisset.

Mulierum morti destinatarum, si prægnantes essent, foetus expectabatur, quam legem multi Græcorum acceperunt, existimantes penitus iniquum esse, eum qui nihil commississet, vna cum facinoroso poenam pati, aut duos plecti, quum vnus deliquisset.

In bellis qui aut ordinem reliquissent, aut non parerent ducibus, non pledebantur morte, sed maxima omnium ignominia, qua postmodum virtute & recte facto deleta, ad priorem statum redibant. Ea lex & homines assuescibat, vt id dedecus pessimum malum moraque ipsa grauius censerent: & simul admonebat, mortuos nil iam vitæ mortalium prodesse: ignominia affectos, plurimorum bonorum virtutis desiderio causam futuros.

Ægyptii iis qui belli consilia, aut secreta hostibus reuelassent, linguam eruebant, ac abscedebant, ne posthac nociua linguæ licentia patriæ concuiibus damno essent.

Ei qui monetam circumcideret, aut adulterinam cuderet, aut pondus vel signa immutaret, aut litteris inscriberet, aut descripto demeret, aut falsas cyngraphas afferret, ambæ amputabantur manus, vt quæ corporis pars peccasset, per vniuersam vitam lueret poenam.

Ei qui mulierem liberam violasset, virilia execabantur, quod vno crimine tria haud parua scelera complexus esset: iniuriam, corruptelam, & liberorum confusionem.

In adulterio spontaneo deprehensus virgis caedebatur ad mille plagas, mulier naso mutilabatur, quæ dedecore vultus incontinentia maculatus ea mulctaretur parte, qua maxime facies exornatur. Fœnus quod ex scripto contrahebatur, prohibebant ultra contracti mutui duplum exigi: solutio ex bonis debitoris solum fiebat, corpus non poterat addici creditori: putabant enim oportere bona tantum subdita esse debitis: corpora, quorum opera & bello & pace vteretur, ciuitatibus addicta esse.

Lex præterea priuatim apud Ægyptios hæc erat, quæ iubebat eos qui furari volebant, nomen suum apud principem sacerdotum scribere, atque è vestigio furtum ad eum deferre. Similiter quibus res furto credita erat, ad eundem rei sublata tempus, diem ac horam scribere tenebatur. Hoc modo facile inuento furto qui rem amississet, quarta mulctabatur parte: quæ daretur furi.

DE LACEDÆMONIORVM

Legibus. Cap. VII.

Lycurgus Lacedæmoniorum legislator, vestes ab ancillis præberi iatis putauit esse. Sed liberis quidem mulieribus, eum procreationem libero-

rum magnum quiddam esse censuisset, primum nihilominus foeminam, quam marem exerceri corpore instituit. Deinde cursus & virium, velut viris, ita & foeminis certamina inuicem posuit. Existimabat enim ex vtrisque robustis sobolem quoque robustiorem gigni.

Cum vero mulier ad virum venit, intuent ille alios primo tempore immoderatus vxoribus commiseri, sanxit & huiusce rei contraria.

Constituit namque & ingredientem ad vxorem virum & exeuntem, ne ab aliis videretur, pudore affici. Si autem coeuntes necesse est, tum suauius sese audiusque appetere, tum prolem si quam generent, validiorem reddi hoc modo potius, quam si ad facietatem vsque coniungantur.

Statuit praeterea, vt nemo pro voluntate vxorem duceret, nec nisi cum in adultam etatem peruentum iam esset, nuptias celebraret: id enim plurimum ipsi foecunditati ac robori conducturum arbitratus est.

Atque siquidem contigerit, vt fenex aliquis iuniorem vxorem habebat, sanxit, vt cuius viri corpore animoque senior ipse magis caperetur, eo adducto ad vxorem susciperet prolem. At si quis vxorem rursus nolit, ingenuae aut prolis desiderio tangatur, in hanc quoque rem legem tulit, vt si quam quis foecundam generosamque prospexerit, persuaso eius viro ex ea susciperet natos.

Pro seruis & paedagogis, quos priuatim pueris quisque praeficit, virum illis praesse voluit ex eorum numero, è quibus maximi magistratus constant: quos quoniam pueros moderentur, paedonomos appellauit.

His potestatem dedit, vt & pueros congregarent, & delinquentes pro merito caederent.

Dedit etiam illis ex puberum numero, qui flagra ferrent, vt verberibus, cum opus foret, pueros afficerent, quo factum est, vt & multa pueri verecundia tenerentur, & iussis facile parerent.

Ne quando autem absente paedonomo pueri sine magistro sint, fecit vt is, qui semper adesse ex ciuibus, ius haberet, qui quidquid factu optimum videretur, pueris imperaret, ac si quid delinquerent, plecteret.

Ad haec volens quasi naturalem his pudorem conciliare impetrauit vt in viis manus intra pallium haberent, silentio incederent, ac nusquam circumspicerent, sed humi defixos oculos tenerent.

Præcepit etiam vt in conuiujs honestis ad interrogata tantum paucissimis verbis responderent, ac loquentibus alijs studiose auscultarent.

Cum puberem ætatem superassent, ad magistratus munia honestiores promoueri sanciuir, atque huius ætatis homines veneratione vt i statuit.

Pro calceamentis autem pedum nuditatem instituit. Censebat enim huiusmodi exercitatione longe facilius & locum accliuem ascendere quempiam posse, & tutius decliuem descendere, saltare, resilire, & celerius disceatium currere.

Instituit praeterea vt à superfluis vestimentis abstinerent & vno amictu quotannis assuefierent, ratus & aduersus frigora & calores, melius hoc vitæ pacto muniri.

Cibi autem tantum habendum statuit, vt & nunquam crapula grauaretur aliquis, & indigentiam ferre expertus sciret.

Verum ne rursus fame premerentur, furari quædam sinebat, vt fames leuaretur, vt sic & stomachum latrantem conciliarent ac ad insidias, bellicaeque artes redderentur instructiores.

At cum efficere voluisset, vt ciues inuicem nihil officientes in mutuo bono aliquo

aliquo fruerentur, statuit pueris quenque suis alienisque iusta imperare.

Liberos homines vetuit quicquam attingere, quod circa rem pecuniariam versaretur. Quæcunque autem libertatem ciuitatibus afferebant, hæc sola magni ab omnibus facienda putauit.

Dignum est propterea & hac in re Lycurgum Spartanorum legislatorem admiremur, qui apud Lacedæmonios suis legibus & institutis id effecerit, vt honestam mortem turpi anteponebant.

Perpulchre & in hac re legibus sanxisse visus est, qui ad ipsam vsque senectutem virtutem excolendam voluerit.

Permisit eos qui pubertatis annos transcendissent, nutrire comam, ratus hoc pacto & maiores illos, liberaliores grauiorefque videri.

DE ROMANORVM LEGIBVS DI-
uersis. Cap. IIX.

A Condita vrbe ad annum fere trecentefimum populum Romanum accipi bello distractum, sine legibus certis, suis tantum moribus vixisse, neque externas leges conquisisse, satis constat. Trecentesimo demum exacto anno, post finitimos superatos bello, quietis rebus, cum respublica legibus formanda videretur, Decemuiros legum ferendarum causa creauerunt, qui Athenas profecti ad iura statuenda, vt peregrina instituta scita morefque noscerent, diuino consilio leges Duodecim tabulis in æs incisas, in foro proposuere, excerptas à Solonis legibus, quæ axibus ligneis continebantur. In his boni æquique iusta, prauis delictorumque depulsio, tum iudiciorum & bene viuendi norma pœnaque ac præmia constituta erant, à quibus postea omnis diuini humaniq; iuris sanctio manauit. Quæ quidem leges cum longo temporis abusu antiquatæ essent, & vetustate consensissent, nouis postea editis, quæ eadem illa continerent, licet mutatis verbis, eadem tamen scita & constituta mansere. Liber igitur præcipuas leges à tribunis Romanis enumerare, quarum historiam studiosis, in autorum lætione subinde mentiones subobscuræ occurrunt: recitabimus autem ordine alphabetico, vt promptius lector legem, quam quærit, inueniat.

Acilius igitur Glabrio, de repetundis pecuniis legem tulit, quæ Acilia vocata est.

Ælia & Fusia lege cautum erat, ne quis per eos dies quibus cum populo agi liceret, non nisi de cælo seruasset, quicquam ageret.

Æmylia lege non solum cœnarum sumptus, sed ciborum genus & modus præfinitus est.

Annaria lex annorum modum præscribebat, quibus magistratus capiendi potestas dabatur.

Annonia lege à Clodio Tribuno lata, frumentum quod antea senis æris ac triremibus in singulos modios dabatur, gratis suppeditabatur.

Apuleia lege cauebatur, si quis publicam maiestatem minuisset, capitis reus esset.

Aquilius legem tulit de dolo malo, de fraude, de deceptione, de simulatione.

Aterina lex constituit, vt quem mos præficus fuisset irrogandæ multæ per magistratus ouis aut bouis nomine: ouis ære deno, bos autem ære centeno diffiniti intelligatur.

Aurelia lege communicata sunt iudici senatui, equitibus Romanis & tri-

L. Calpurnius tribunus pl. primus legem tulit de repetundis pecuniis, Censorino & Manlio consulibus.

Cassia lege statutum erat, vt populus per tabellam suffragia ferret. Et quem populus damnasset, cuius imperium abrogasset, in senatu non esset.

Cinthia lege cauebatur antiquitus, ne quis ob causam orandam donum pecuniamve acciperet.

Clodia lege cautum erat, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi licet, de coelo seruariet, contra legem Fufiam & Æliam.

Cornelia lex, quæ & testamentaria dicta est, lata est in eos, qui testamenta aut tabulas alias falsas scripsissent, recitassent aut signassent. Seruos etiam ultimo affectu supplicio, liberos autem deportatione.

Falcidia lege tantum erat, ne plus legare liceret, quam lege Clodia.

Fannia lex ludis Romanis, item Plebeis & Saturnalibus, in singulos dies centenos aris infumi concessit, decemque aliis diebus, in singulis mensibus tricenos. Cæteris autem omnibus diebus denos.

C. Fannio & M. Valerio Messala consulibus, principes ciuitatis iuramento adacti sunt, verbisque conceptis obligati, non amplius in singulas cœnas sumptus facere, quam centenos vicenotque aris, præter olus, far, & vinum; neque vino alienigena, sed patrio vti. Neque argenti in conuiuio plus pondus quam libras centum inferre.

Gabinus legem tulit, qua bellum Cn. Pompeio de persequendis Piratis datum est, aduersus L. Trebellij tribuni plebis intercessionem.

Cornelia alia lege cauebatur, ne quis legatis externarum nationum pecuniam expensam ferret. Item ne quis in senatu legibus solueretur, nisi ducenti adfuisent. Ne quis cum solutus esset, intergederet, cum ea de re ad populum ferret. Vt prætores item edictis suis ius dicerent.

Corn. Cinna tribunus pl. legem tulit de reuocandis exulibus. Vnde à Cn. Octauius collega pulsus, bellum vrbi intulit.

Cotta orator legem tulit, vt liceret Tribunis pleb. alios accipere magistratus.

Flauia lex de plagiariis lata est contra eos, qui dolo seruum aut pecus à domino, aut filium à patre subtraxissent.

Frumentaria lex à Sempronio Graccho lata est, qua frumentum è publico distribuereetur populo Romano.

Fabius adiecit poenam iis, qui non certo numero, vt ante fuerant definiti, deducerent & sectarentur candidatos in campum Martium, in quo comitia habebantur.

Horrensia lex præcipiebat, vt eo iure quod plebs statueret, patricij & omnes Quirites tenerentur.

Iulia lex contra adulteros lata est, item alia eiusdem nominis de peculatu, in eos qui rem publ. vel sacra furati sunt, vel furantibus auxiliati sunt, vel furta facientes susceperunt. Alia huius legis capita enumerantur à iureconsultis, quos consulare conuenit.

Iunia lex à M. Iunio Siluio lata est consule, bello Cimbrico sauiente, quod diu prae simul & infelicitè gestum est propter diminuta militiæ stipendia.

Lætoria lege cautum erat in eos, qui pupillorum bona diriperent, aut eorum bona malis artibus alienarent.

Lætoria lex, cum adolescentes in contractibus circumueniri solerent, lata

lata est à Q. Lectorio, qui à lege poenam deceptoribus adiecit.

Licina (quam L. Crassus diues tulit) erat, vt Calendis, Nonis & Nundinis, cuique liceret tringinta tantum asses in cibis consumere, reliquis autem diebus ne amplius apponeretur, quam carnis arida pondo tria, & falsamentorum libra.

Licinius Stolo, gener Fabij Ambusti legem tulit, ne quis plus quam quingenta agri iugera possideret. Quam quum postea infregisset comparatis mille iugeribus, accusatus est à M. Popilio Lenate.

Manilia lex illos etiam ad magistratus gerendos admittebat, quorum maiores in Romana Rep. magistratum non exercuissent.

Metellus Macedonicus in censura legem tulit, vt omnes vxorem ducere cogerentur.

Oppia lex de superfluo mulierum ornatu lata est, prohibens ne immodico vestitu incederent, neue pileatis, id est, rhedis pensilibus vterentur, neue plus vncia in auribus appenderent.

C. Orchius tribunus pl. legem tulit, qua numerum conuiuiarum prescribebat, iubebatque vt ianuvis patentibus cenaretur.

Othonis lex prohibebat, ne quis cum ordine equestri in spectaculis federet, nisi sestertia quadraginta possideret: quod si contingeret, quisquis esset, ingenuus sine libertus, inter equites in gradu XIII. locum haberet.

Lege Papia cauebatur, vt pontificis maximi arbitratu virgines è populo viginti legerentur, sortitioque in concione ex eo numero fieret in contrahendis matrimoniis.

Apud Romanos Papyrius regias leges in vnum volumen contulit. Cl. Regillanus decemvir autor fuit conscribendarum duodecim tabularum. M. Mutius, L. Brutus, & P. Manlius ius ciuile fundauerunt. Q. Mutius pontifex maximus ius ciuile in XVIII. libros rededit. Seruius Sulp. CLXXX. libros de iure ciuili reliquit.

Plotius tribunus pl. legem tulit, vt qui cum Lepido fuerant, redire in patriam possent impune.

Pompeius Strabo veteribus incolis Transpadanis ius Latij dedit, & quod ceteræ coloniarum Latinarum habebant (id est, petendi magistratus & ciuitatis Romanæ ius adipiscerentur) concessit.

Portia lege non licebat interfici ciuem Romanum, verum virgis verberari. Hoc autem significatur, quod ea re tolleretur dignitas ciuilis, & redigeretur in seruum, qui tandem faciebant seruum.

Roscium Ortho tribunus pl. legem tulit, vt equitibus Romanis in theatro xij. gradus primi asseruarentur, atque esse quispiam, qui auderet præripere. Vnde lex ipsa vocatur Roscia, ab Horatio.

Statinia lege masculorum concubitores graui supplicio afficiebantur, quos vocabant senocetas.

Sempronia lege statutum erat, vt frumentum è publico, populo Romano, penuria rerum laboranti, distribueretur.

Sumptuarias leges vocabant Romani, quæ ad cohibendum rerum omnium luxum, & prodigas mensas prohibebant: cuiusmodi sunt leges Orthia, Licinia, Fannia, Æmylia, & quadam aliæ.

Lex talionis iubebat reos eadem puniri poena, quam aliis intulerant, si de dita fecissent opera. Iustus enim consultus & fortuitus, non cadebant sub eiusdem talionis similitudine.

Tutelari lege cauebatur, ne quis tutor per simulationem pupillum defraudaret.

Valeria lege, quæ à Publicola lata erât, nulli magistratui licebat corpus Romani ciuis, indicta causa condemnare, licebatque iam damnatis ad populum prouocare.

Varia lex lata est, vt quæreretur de iis, quorum ope consiliove socij contra populum Romanum arma sumpfissent. Promulgata est autem hæc lex à Q. Vario trib. pleb.

Voconia lege cautum erat, ne quis census, hoc est pecuniosus, hæredem unicam filiam relinqueret. Erat autem census ille, qui centum millia sesterium in possessionem detulisset.

Q. Volumnus tribunus pl. legem tulit, ne quis mulierem hæredem institueret.

DE TRIBVNITIIS MAGISTRATIBVS, & quæ Tribunorum iura ac potestas.

Cap. IX.

TRIBUNI soli magistratum purpurati non sunt. Plut. in Problem.

Tribunorum ianua die noctuque patet. Idem.

Tribunis non licebat vnum diem ab vrbe abesse. Gellius lib. 3. cap. 2.

Tribuni senatum non intrant, sed positis subfelliis ante valuas curiæ, decreta patrum attentissima cura examinant. Valerius tit. de institutis antiquis.

Consulem à tribuno in carcerem duci posse constat. Liu. lib. Decad. i.

Tribuni in ius vocandi potestatem non habent, sedprehendendi. Gell. lib. 13. cap. 12.

Tempus comitorum declarare in potestate tribuni est. Blon. lib. 3. Roman. triumph.

Si alicui cum tribuno lis intercessisset, iudices erant collegæ. Gell. lib. 13. cap. 12.

Si quis tribuno nocuisset, eius caput Ioui sacrum erat, familia ad ædem Cereris, liberi vero venundabantur. Blon. lib. 4. Rom. triumph.

Tribuni ne lictores habent, nec in sella curuli sedent ius dicturi. Plut. in Problem.

Tribuni signandorum nummorum habent potestatem. Crinitus lib. 17. cap. 7.

Senatusconsulta non prius valida sunt, quàm interueniente tribuni consensu, quæ subscripta T. litera à Tribuno visa, & approbata ostenduntur.

DE CENSORVM IVRE ET POTESTATE. Cap. X.

CENsores creati ab anserum sacrorum cura incipiunt, alimenta locando, & imaginum splendorem reparando. Plut. in Probl.

Populi partes in tribus distribuunt, & pecunias in ciuitatis ordines partiuntur. Cic. 2. legum.

Vitam hominum & morum disciplinam obseruant. Plutarch. in vita Cat. Censorij.

Censura maximæ omnium magistratum reuerentiæ est, plurima que potestatis, cum in aliis rebus, tum maxime ad morum emendationem. Plut. in vita Pauli Æmylii.

De nuptiis, de liberorum procreatione, de viuendi ratione & de conuiujs diligenter inquit censura. Idem in vita Catonis Censorii.

Sacrificiorum precia curare, Censorum est. Idem eodem.

Descriptionibus genera & reipublicæ officia distinguere possunt. Idem eodem.

Censorum est, eos qui maiores honores gesserunt, in ordinem referre senatorum Valer. de iustit.

Vrbis templa, vias, aquas ærarium, iidem tuentur, Cic. 2. leg.

Equitum, peditumue sobolem censes distribuunt, & cœlibes esse prohibent. Idem eodem.

Altero ex censoribus mortuo alterum se oportet magistratu abdicare. Blon. lib. 3. Rom. triumph.

Completo quinquennio censes lustrabant & Taurilia sacrificia de sue oue, & tauro faciebant. Pomp. Lat. de magistr.

Cum alii magistratum Romanorum annui sint, censura quinquennium durat. Vide Crin. lib. 4. cap. 3. Cicer. de legib.

DE CENSORIA POENÂ, ITEM IN QVOS
& qualis ferebatur. Cap. XI.

Qui agrum passus fuisset sordescere, censoria animaduersione puniebatur.

Qui equum graciliorem aut parum nitidum haberet.

Qui loco vsus fuisset intempestiue.

Qui in censorum auditorio sonore nimis oscitasset. Gell. lib. 4. cap. 12.

Senator senatu abiicitur.

Eques publicum equum perdit.

Plebeius fit ærarius, & capite census. Crin. lib. 4. cap. 3.

Huc spectat tabulas carites fuisse, in quas referri censes iubebant, quos notæ causa suffragiis priuabant: vnde crudite Flaccus in epistola ad Numicum dignos carite cara dicit Romanos quoniam luxu & voluptatibus turpissimis tenerentur, autor Gell. libro 16. & cap. 17. & Crinit. libro. 7. capite 6.

DE IVDICIORVM ET SVFFRAGIORVM NOTIS. Cap. XII.

Calculus albus in absolutione, in damnatione Niger dicente Ouidio:

Mos erat antiquis nives in atrisque lapillis,

His damnare reos, illos absolvere culpa.

Ouid 15. Metamorph.

Fabæ, Sic Plut. de liberis educandis.

Litera K in damnatione nota fuit. Crinit. lib. 6. cap. 6.

Litera A in absolutione. Idem eodem.

Litera L, & N in causâ ampliacione, quibus notabatur, Non liquet. Idem eodem.

Litera T, quum tribuni senatusconsulta sibi placere notabant. Valer. de
instit. antiq.

Thita damnationis nota Persio dicente:

Et potis es vigrum vitio praeferere Thita.

Persi. Satyr. 4.

In comitiis circumferri tabella consuevit, in qua puncta adposita signifi-
carent, cui candidatorum suffragarentur. Erasim. in adagio, Omne tulit pun-
ctum.

T obliu absolutiois nota fuit. Asconius Pæd. in suis commentariis.

Pollex pressus fauoris signum est, Polit. in Miscell. cap. 17.

Pollex versus, denegantium. Idem eod.

Cara miniatula, quæ parum probantur in librorum correctione, notari so-
lita sunt. Cic. ad Atticum.

Creta notarunt veteres, quæ sequenda forent: quæ vicissim fugienda, car-
bone. Persius Satyr. 5.

Pedibus nonnunquam ferri iudicia solita sunt, quum à suo loco disceden-
tes Senatores ad illorum sedes pedibus ibant, quorum sententiam volebant
sectari. vnde Pedarii fortasse dicti sunt: quanquam non me fallit aliter sentire
Gellium. Blond lib. 4. Rom. triumph.

Obelo, id est signo oblongo, in modum hastæ, improbantur & notantur
codicum errores. Cic. epist. 162.

Signo vngui appposito vbi quid non placet obseruatur. Erasim. in Adag. Vngui
notatur.

Ægyptii iudices sententia ferunt impresso veritatis signo, quod aurea ca-
tena ex iudicum principis collo pendet. Diod. lib. 2.

Cicero consul (vt autor est Bechhemus in præfatione facta in Plinium) do-
cuit per signa quædam, & notas multarum simul literarum vim habentes se-
natorum dicta colligere.

Britannicus, Persii interpres, à Criniti opinione multum recedit. Dicit enim
K in absoluteione scribi solere, quod interpretatur colon, id est bonum.

DE SUPPLICIORVM DIVERSIS

generibus. Cap. XIII.

DRACO apud Athēnienses vnicuique & quantulocunque furto extremum
supplicium, id est mortem irrogauit.

Pausanias anchoram ferream eorum ceruicibus adalligabat, quos crude-
delius veller castigare, eaque affectos ignominia vniuerso populo videndos
exponebat.

Aporaphanidosis supplicium erat, quo raphani in pudendas reorum par-
tes impingebantur.

Archiuus seu Archiuum, locus est, ad quem damnati ducebantur: in quo
qui legum placita risui habuisset, diebus viginti vincus Cyphone perseue-
rabat nudus, melle & lacte delibutus, quo molestæ essent illi apes & mu-
scæ.

Ad bestias damnari etiam supplicium erat apud antiquos, quo rei cum be-
stias, ferisq; agrestibus & ieiunis depugnabant. Propterea apud Gel. legimus,
Androdum à domino datum ab bestias. Bestiarii erant, qui bestiis obiciaban-
tur, aut in eas decertabant, Tertul. Iupiter est Romæ, quem ludis suis prolu-
unt sanguine bestiariorum.

Colasis genus erat pœnz, quæ adhibebatur causa castigandi, aut emendandi.

Colus masculi generis tormentum erat carnicina seueritatis, quo rei flagellabantur, ipsum erat Coriaceum, autore Festo.

Cruisfragium supplicium erat, quo cæta maleficis mutilabantur, & infringebantur. Apul. 9. Tunc vxor egregia diras in eum deuotiones deprecata, & cruifragium eius abominata exangui formidine trepidante in adulterum abscondit. Eodem modo Plautus Lumbisfragium vocat Lumborum fracturam in Amphit. dicens:

Nam si me irrita fassis, hodie Lumbisfragium hinc auferes me.

Culeus, saccus erat, in quo simia, serpens, canis, & gallus gallinaceus eum parricida includebantur, ac demum precipitabantur in aquas. Iuuen. Satyr. 6. de Nerone:

Cuius supplicio non debuit vna parati

Simia, non serpens vnus, non culeus vnus.

Valer. Scribit, M. Tullium duum virum culeo insutum in mare abiici iussum esse à Tarquinio rege, ob librum secreta sacrorum continentem, quem exscribendum dederat.

Cyphon ligneum erat vinculum aut ferreum, quo maleficorum colla involuebantur. Cynophytinus ipsum est supplicium. Hoc adhuc nostra ætate visitur.

Exilium seu mutatio patriæ, numeratur inter pœnas reorum. Exules aliter dicuntur Relegati & Deportati. Differunt tamen. Relegatis enim licebat uti bonis propriis in exilio. Deportati vera nihil possidebant ex suis bonis.

Fustuarium dicitur castigatio fustium, virgarumque supplicium. T. Linius Fustuarium meretur, qui signa relinquit, aut presidio decedit. Antiquitus in militari disciplina duo fuerunt suppliciorum genera, Fustuarium & Decimatio: Eum qui virgis cædit, Plautus Virgatorum vocat. Liberum erat, cædit fustibus: virgis, seruale. Erat & Crates supplicium apud priores, quo quis deiectus in aquam, crate superne iniecta, saxi congestis obruebatur.

Gemoniæ Scalæ seu Gemoniæ gradus locus erat eminens, qui gradibus quibusdam conscendebatur. Eo trahebatur damnatorum corpora. Legimus enim M. Claudio quod foedam cum Corsis pacem fecisset ademptam libertatem, mox spiritum extinctum, Corpus demum contumelia carceris & detestanda gemoniarum scalarum nota foedatum. Dicuntur autem Gemoniæ à loco gemitus & calamitatum. Sueton. in Casare Tibenio: Imputauit etiam, quod non laqueo strangulatum abiecerit in gemonias.

Gyaros est insula in mari Ægæo, quo mittebantur noxii, Iuuen. Satyr. 1.

Aude aliquid breuibus Gyaru & carcere dignum,

Si vis esse aliquid.

Iconiæ erat instrumentum, quo martyres cruciabantur.

Ad metalli damnari supplicium fuit apud antiquos, quo victi fontes in opus metalla traherentur, seu in metallicas mittebantur fodinas. In Calceariam quoque & Sulphurariam damnabantur aliqui. Nam Iurisconsulti inter pœnas metalli nominant Sulphurariam & Calceariam: hoc est, fodinas calcis & sulphuris; Item Latomiam, vbi erant lapides, Plaut.

Tyndarus in Latomiam Lapidariam ab Egro ne damnetur.

Fuit & Latomia locus carceris Romæ, & Syraculis carcer. De Metallorum pœna Tranquillus in Caligula: Multos honesti ordinis deformatos prius signatum notis & metalla ad munitiones viarum; aut bestias condemna-

uit, aut bestiarum more quadrupes cauea coercuit, aut medios ferro *diss-*
cuit. Piin. in Epist. Erat fustibus cæsus, damnatus ad metallum, strangulatus
in carcere.

Neruus ferreum erat vinculum, quo impediiebantur pedes. Eo etiam liga-
bantur ceruices. Hinc Caro apud Gellium festiue dicit, priuatos fures in ner-
uo & compedibus vitam agere publicos auro & purpura uti.

Paratimos supplicium erat, quo pauperes in adulterio deprehensi punie-
bantur. Ditiore enim se pecunia redimebant: ut constat ex verbis Ciceronis,
qui scripsit, Salustium vanalem exposuisse domum paternam, ut se adulterii
crimine purgaret.

Rota tormentum est, Germanis peculiare. Aristophanes apud Cælium:
Rota torquere te illic necesse est, ut exculpat, quod perperam fecisti. Erat
autem feruide supplicium Rotæ inferebantur noxii, & membratim radiis ro-
tarum conuulsi lenta morte peribant.

Stigma dicitur nota, quæ nuntiat fronti reorum in perpetuum probri mō-
numentum. Marr.

Frons hæc stigmatem non se notanda est.

Iuuen. Sat. 10.

*Mittis id sane, quod non & stigmatem dignum
Credidit.*

Quintianus in Cleopoli:

Nota nulla dolefi

Criminis, hanc pressa signabat stigmatem frontem.

Suetonius de Augusto: Valerium Catullum à quo sibi vericulis de Ma-
mura perpetua stigmata imposita non dissimulauerat) satisficientem eadē
die adhibuit coena. Vbi stigma metaphorice posuit pro infamia & fustigatione.
A Stigma sit stigmaticus, id est publica notatus infamia. Cicero: O miserū
qui fideliorē & barbarum & stigmaticum putaret, quam coniugem. Plin.
scribit columbino simo deleri stigmata.

Suscipendum est supplicii genus quo ducti ad furcas malefici faucibus la-
queo constrictis, infelicem reddunt spiritum. Quæ mors maxime erat pro-
brosa. Nam in pontificalibus libris cautum fuerat, ut tales insepulti abiice-
rentur. Vnde & Virg. de Amata Lauinia matre sic ait:

Et nondum informis tibi trabe necti ab alta.

Plerique mortem hanc præposteram vocant. Ea hodie apud nos puniuntur
latrones & homicidæ.

Vncus etiam nomen est tormenti: nam infames multisque flagitiis adob-
scuiti post mortem in vncō trahuntur in sentinas, & serdium receptacula. Mor-
tuo Commodo Imper. senatus hunc in modum acclamauit: Qui senatum oc-
cidit, vncō trahatur: Qui templā spoliavit, vncō trahatur. Hoc & alia insu-
peramenta Carnificinæ quum ostentaret Carnifex, ferunt Neronem ad volunta-
ria in mortem coactum. Sueton. de Vitellio scribens, ait: Tandem apud Ge-
monias minutissimis istibus excarnificatus & confectus est, & inde vncō tra-
ctus in Tyberim.

Cyprianus apud Dælium prædit, Vngulam fuisse tormenti genus, atque
Ascias & Runcinas inter scruitia tormenta reperiri.

DE EXILIO ET EXVLIVS. Cap. XIV.

Clisthenes Atheniensis (qui primus legem tulerat de exilio) primus exu-
lauit.

Conon dux Atheniensis impatiens cladis, quam à Lyfandro Lacedæmo-
gio in confictu nauali acceperat, spontaneum elegit exilium. Fugitque ad
Artaxerxem regem Perfarum in Cyprum, cuius auxilio libertati patriam af-
ferat, cuius prius feruitutem attulerat.

Demarathus Lacedæmonius quum apud Athenienses exularet, non potuit
tamen furtim non monere patriam bellici apparatus, qui Athenis fiebat.

Dion Syracusanus quum plerunque monuiffet Dionysium (apud quem
in fuma dignatione & familiaritate vivebat) vt patriæ libertatem restituere-
ret, factus ei fufpectus, & in exilium pulfus est. Vbi tamen ad liberandas Sy-
racufas animum femper adiecit. Nam factò Apollini facrificio, habitaque ad
militem concione, contra tyrannum copias mouit: quem facta deditioe coe-
git exilium capere, quod prius aliis dabat. Hinc adagium natum: Dionysius
Corinthi, de his, qui à prospera fortuna ad humilem redacti funt.

Demosthenem Athenienses in exilium miserunt, quod pecunia fuiffet cor-
ruptus ab Harpalo, qui fugerat ab Alexandro, & Athenas se receperat.

Egefftratus Ephesus ob tribulis fui necem exulauit.

Aristides Atheniensis post multa in Remp. beneficia, tandem fua virtute
incidit in odium malorum, quorum inuidia pulfus in exilium: vbi tamen
deos precatus est, vt omnia Atheniensibus pro voto & animi fententia bene
fuccederent.

Hypbias dux Atheniensis pulfus in exilium, Darium in patriam commo-
uit Iustin, lib. 2.

Xenophanes ann. 65. exulauit à patria.

Prothogoras Abderites, Menandri filius & auditor Democritii accusatus
ab Atheniensibus, quod Perfarum magiam & religionem didiciffet, sponte
exulauit.

Philistum Syracusanum (qui res Siculas libris duodecim complexus est)
Dionysius senior in exilium pepulit, vbi tamen bonam hiftoriæ partem ab-
foluit.

Thrafybulus dux Athneiensis relegatus est à triginta tyrannis, Athenas
per vim occupantibus: quos demum collecta aliorum exulum manu iuuan-
te Lyfandro Lacedæmoniorum duce, expulit, patriæque libertatem peperit.

Thacydides Atheniensis missus Amphipolim (quam rex Philippus per vim
occupauerat) quum in proditiõis fufpicionem veniffet, actus est in exilium:
quam tamen fortunam constantiffime tulit.

Sponte Pythagoras Samon liquit, Athenas Solon, Lycurgus Lacedæmona,
Romam Scipio.

Interrogatus Socrates, cuius efferet? respondit se cinem mundi.

Tarquinius Superbus, qui occiso Seruio Tullo, regnum fceleste occupauit,
missus est in exilium cum Tarquinio Collatino filio fuo, propter fupratam
ab ipfo filio Lucretiam.

Tullia Seruui Tulli filia, acta est in exilium, quod super faciem parentis
mortui, currum traxiffet.

M. Marcellus Pompeianarum partium vbi vidit Cæfarem victorem, A-
thensa profugit in exilium. Vnde proconful Africa Domitiani tempore
damnatus repetundarum, quod Africam diceretur expilaffe, actus est in exi-
lium.

Liuius Salinator, quum de Illyriis triumphaffet, inuidiam fibi gloria com-
parauit. Iudicatus enim reus peculatus, in voluntarium exilium profectus
est, postea tamen reuocatus, Annibale Italiam opprimente.

M. Æmilius Lepidus, quum vellet exules in urbem reuocare, ipse urbe detrusus est. Reuersus demum ab obsidione urbis, à Catulo consule & Pompeio pulsus, & hostis patriæ iudicatus, exulauit in Sardinia, vbi dolore animi periit.

L. Apuleius Saturninus tribunus pl. cum propter Agrariâ legem (quam per vim tulerat) aliâq; item factiones videret se odiosum plerisque summatis. Rhodum profectus est in voluntarium exilium. Liu. lib. 69.

P. Rutilius Conf. Cn. Manlii collega, relegatus est à Syllanis. Deinde quum reuocaretur: Malo, inquit, vt patriâ exilio meo erubescat, quam reditu moereat.

L. Opimius post Ful. Flaccum virum consularem & Gracchum tribunitium oppressos, iudicio circumuentus, & in exilium adus est.

M. Pompilius Romanus in exilium egerunt, quod in iussus contra Numantinos, rem sua culpa male gessisset.

Decius Madius quum Annibali Capuam intranti solus assurgere nollet, ab eodem relegatus est. Quum autem in exilium traheretur, aperto capite vociferans: Habetis, inquit, libertatem Campani, quam petiistis. Semper enim patriæ deditionem dissuaserat. Liu. lib. 13.

P. Nigidius Figulus, quem Lucanus Astrologiæ peritum fuisse scribit, mortuus est in exilio, teste Euseb.

Metellus Numidicus (qui de Jugurtha triumphauit) relegatus est, quod in legem Apuleiam per vim latam iurare noluisset.

T. Annius Milo Masiliæ exulauit, quod cliens fuisset Ciceronis, in causa Clodiana.

Cicero ob Clodii inimicitiam actus est in exilium. Quod ægre adeo tulerunt Romani, vt viginti hominum millia vestem mutauerint. Tandem tamè rediit magno omnium plausu, & vniuersa prope Italia illum suis humeris reuehente.

Montanus Vatiensium oratorem, patriâ Narbonensem, Tiberius relegauit ad Balæares.

In exilio supra septem annos versatus est. Quid, vbi tamen barbaras gentes adeo sibi demeruit, vt in eius obitu Gethæ ac Tomitani lacrymas cohibere nequinerint.

Boetius imperante Zenone, exilio damnatus est à Theodorico rege ob affectatæ libertatis suspicionem.

Hostatius Rauennæ dominus à suis ciuibus relegatus est, quod in ocio & ignavia torpesceret, publicæq; administrationi ineptus videretur.

Deregarius Imperator, & Albertus eius filius, ab Othone victi, & in exilium pulsati sunt. Benedictus Pontif. Maximus ab Othone Imperatore relegatus est, iussu Leone octauo.

Lucifer Præsul Caralitanus, à Liberio Pont. ad Imperatorem Constantinum missus, relegatus est Palestinam.

Eusebius Vercellensis Præsul ob religionem & doctrinam, à Constantino principe missus est Cappadociam in exilium.

Hilarus Præsul Pictauiensis, qui scripsit in Arrianos, relegatus est in Phrygiam.

Ioannes Gothus Præsul Gerundensis, quum sub Phoca principe Arrianâ sectam oppressisset, ab hæreticis relegatus est.

Meletius Præsul, Arrianæ hæresis sectator, sub Diocletiano pulsus est in exilium, quod præter opinionem fidem nostram defendisset, quum tamen Arrianam vellet tutari.

Eustathius Pamphilius, Præsul Antiochenus, sub Constantino principe in exilium pulsus est Troianopolim Thraciæ ciuitatem, quod Arrianorum placita refellisset.

Oribasius Sardonius mortuo Iuliano principe, quo cum in summa familiaritate vixerat, inuidia succedentium principum & bonis spoliatus est, & in exilium detrusus: vbi tamen in omni calamitate constans mansit animo, seque philosophum verum exhibuit.

Paulus Diaconus Aquileiensis à Carolo Magno relegatus est ad Diomedis insulam, quod Desiderio Longobardorum regi eiusdem Caroli inimico faueret.

DE IIS, QUI CAPTI IN CAR-
cere obierunt. Cap. XV.

Syphax rex Numidarum, quum à Romanis ad Carthagenenses defecisset, victus à Scipione, & in triumphum ductus, Tiburi in custodia mortuus est.

Aristonicus ab Aquilio consule in triumphum ductus, & in carcere suffocatus est.

Iugurtha Manastabilis filius nothus, Micipsæ regis Numidarum nepos, propter Adherbalem & Hyempsalem fratres regni confortes occisos, à Mario bello petitus, victus, & in triumphum ductus, postremo in carcerem coniectus est, vbi expirauit. Plut. in Mario.

Henricus tertius imperator, ab Henrico filio captus, & Leodii custoditus, padore carceris miseram exhalauit animam. Baptista Egnat.

Aldegisius Desiderii Longobardorum regis filius, à Carolo Magno victus, & in carcerem coniectus est, vbi & clausit vitam.

Celestinus V. quum summo pontificatu se abdicasset, à Bonifacio octauo (cui rei summam commiserat) successore, in carcerem detrusus, & ibidem extinctus est.

Ioannes primus Pontifex, à Iustino in carcerem coniectus, ibidem padore emarcuit, & extinctus est.

Ioannes XIV. à Romanis inedia & padore in carcere interfectus est.

Agatha virgo Catanensis, sub Quintiano consule in carcere extincta est.

Romanus martyr sub Asclepiade prefecto in carcere perlocatus est.

DE IUGVLATIS ET STRANGV-
latis. Cap. XVI.

DINARCHVS Corinthius iussu Polypercontis iugulatus. Plutarch autor.

Darius Caudemum Atheniensem (quem de apparatu exercitus percontatus fuerat) recta monentem iugulari fecit. Curt. lib. 3. de gestis Alexandri.

Antistius, autor Plant. in senatu iugulatus est, quod ob Pompeium Syllam sequi factionem videretur.

Sergius Galba, quum Pisonem in constata inuidiæ remedium adoptasset, in medio foro ab Orhone iugulatus est.

P. Corn. Lentulus Prætor vrbis comprehensus coniuratione Catilinæ iussu Ciceronis iugulatus est in carcere. Sallust.

Cethegus, Statilius, Gabinius & Lentulus Catilinarum, in carcere iussu Senatus strangulati sunt Sallust.

Commodus post tertiumdecimum Imperii annum strangulatus est, Lato autore & Martia concubina. Sextus Aurelius ait, Martiam prius tentasse, ut eum veneno perderet.

Apricus ab Amasi superatus, datus est Ægyptiis iugulandus. autor Herodotus.

Gandulphus martyr, suavis vxoris adulteræ (cum qua diuortium fecerat) noctu ab adultero iugulatus est.

Lucilla Nemesii tribuni filia, Romæ in via Appia sub persecutione Valeriani iugulata est.

Albanus martyr à Iatronibus hoc mortis genere suffocatus est.

Galsonda Athanagildi Gothorum regis filia à Chilperico marito noctu iugulata est, suavis Fregunda pellicis. Volaterr.

Amalafuntha Gothorum regina, Athalarici mater, à Theodato (quem mortuo filio regni socium ascuerat in balneo iugulata est. Paulus Diac.

Gerontius Comes à militibus suis iugulatus est, quod Constantem Constantini filium fecisset periri. Idem autor.

DE DECOLLATIS. Cap. XVII.

Alebas rex Larissæ vrbis Thessaliæ, à suis satellitibus ob crudelitatem obtruncatus est. Ouid. in Ibin.

*Quosq; putas fidos, ut Larissæus Alebas,
Vulnere non fidos experire tuo.*

Cantharus fuit quispiam Atheniensis caupo, quem Athenienses ipsi ob maleficia & imposturas supplicio capitis affecerunt. autor Zenodotus apud Erasimum. Valer.

Timagoras Atheniensis capitali supplicio affectus est, quod Darium (ad quem legatus missus fuerat) more Persarum adorasset. Plutarch.

Sp. Cassius affectatæ dominationis suspectus, supplicio capitali affectus est, domo eius diruta. Valerius de Severitate. Liuius. lib. 2.

Sp. Melius ordinis equestris, largitione frumenti ex Ethruria aduecti in plebem facta, ad regnum aspirare creditus est, ac propterea à Seruilio Hala obtruncatus. Liuius lib. 4.

Didius Iulianus imperator à Septimio Seuero successore suo in abditis palatii balneas ductus, extenta damnatorum modo ceruice, decollatus est. autor Sex. Aurel.

Opilius Macrinus ab Heliogabalo victus, quinquagenario maior obtruncatus est.

Patricius Senensis in factione vrbis Romæ securi percussus est. Plerique martyrum hoc supplicio vitam finierunt, ut Anfanus, Agathon, &c.

Theodora virgo Antiochena, sub Diocletiano hac extincta est morte.

Iulia comes Eulalia sub præfide Diacono capite truncata est Volaterr.

Margarita virgo Antiochena, sub Olybrio eadem morte affecta est. Volaterranus.

Victor præsul Cateiæ vrbis Hispaniæ sub Maximiano non procul Mediolano hoc supplicio vitam finiuit. Sabell.

Philippus Maria dux Mediolanensis Italianum Foroliuiensem, vnum ex suis ducibus securi percussit, quod cum Florentinis (in quos bellum gerbat) diceretur clam consentire. Volaterr.

DE PRÆCIPITATIS. Cap. XIX.

Troia diruta, Troianisque profigatis, ne quid superesset reliquiarum, quod in posterum urbis & populi ruinam vlcisceretur, Vlysses Aethyana. Item Hectoris filium in præceps dedit, mira quidem immanitate. Ouid. lib. 13. Metamorph. & in Ibin. Et Seneca in Troade.

Lycas ab Hercule præcipitatus est, quod ei tunicam cruore Nessi tinctam, & veneno imbutam attulisset. Sabellicus. Ouid. in Ibin.

Lycurgus Thracum rex (teste Lactantio) à suis in mare præcipitatus est. quod primus mero aquam miscuisset.

Æsopus fabulator Phrygius, quum venisset Delphos, ibidem furti ab æmulis falso accusatus (phialam enim argenteam in ter eius sarcinulas clam posuerant) de rupe infons præcipitatus est. Plutarchus de sera numinis vindicta.

Nauplius Palamedis pater, quum intellexisset Diomedem & Vlyssiem naufragio liberatos (quibus tamen hoc malum per insidias machinabatur) seipsum præcipitauit, Seneca:

Ignem fallaci moriturus Argis

Nauplios præceps cadit in profundum.

Thessalus (à quo Thessalia nomen sumpsit) Hæmonis filius, ab Euryalo quondam aduena ex Ossa monte præcipitatus est, Ouid. in Ibin:

Vix dedit saltus è summo Thessalus Ossa, &c.

Sabinus Romanam obsidentibus, quum Tarpeia Virgo Capitolium prodidisset ob armillarum & annulorum (quos illi gerebant) pactiorem, ubi in arcem introducti sunt obsequii immemores puellam præcipitauerunt. Plut. & Liuius testes.

M. Manlius (qui Gallos in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat) conuictus de regno occupatio consilium inuissè, dānatus, è saxo Tarpeio præceps datus est. auctor apud Gell. M. Varro. Nepos scriptum reliquit, eum verberando fuisse necatum.

DE CRUCIFIXIS, ET SVSPENDIO

mortuis. Cap. XIX.

Omniū qui cruce perierunt, nemo maiori ludibrio affectus est, nemo pluribus tormentis afflictus, nemo frequentioribus plagis mutilatus, quam intemerata virginis innocens filius. Nulla in eo peccati scintilla reperta est, nihil deliquit vnquam, mundus ex munda matre natus est. Munde vixit, iustitiam & æquitatem verbo semper & opere docuit. Neque tamen puduit verpos illos & recutitos canes, liuore & inuidia tabescentes, causam machinati, qua eum morti traderent. Quam licet nullam reperissent, agnum tamen prius flagellis vbique membrorum mutilauerunt, frontem corona spinea perforauerunt, faciem immundis deformauerunt spinis, colaphis immanibus totum caput contuderunt, latronis more vinxerunt, vinctum ad maiorem ignominiam traxerunt compitatum, & ad extremum inter latrones veluti latronem suspenderunt. Quod quum ad mortem non putarent sufficere, manus & pedes clauis, latus lancea confoderunt.

Illum ego de Lybia natum iurabo leana,

Arcadiamq; inter delirasse lupos:

*Cui tua crux lachrymas non mouerit à bono Chrifte,
Ille erit & ferro durior & chalybe,*

Difmas Ægyptius natione, vnus fuit eorum latronum, qui cum Chrifto patibulari fuit. Huic autem Dominus in cruce pepercit, & ftatim post mortem fua clementia ad cœlum euocauit.

Beatus Andreas & Petrus pro Chrifki nomine arboribus fuffixi funt: hic fub Nerone, ille fub Ægea proconfule: hic capite deorfum demiffo, ille fuffum verfum erecto. De vtroq; Ioan. Franc. Mirandula fic fcribit in hymnis:

*Extenditq; alacer, figendaq; brachia lætus
Porrexit Andreas, verfaq; fub arbore pendet;
Et caput in terram fimili fub fipite Petrus
Præbuit, atq; lubens prætendit in aere plantas.*

Polycrates tyrannus Samiorum, & pater Silofontis, quum tota vita feliciffimus fuiffet, ad extremum ab Orœte Perfa comprehenfus, & in furcam erectus, docuit cum Solone, nihil omni ex parte beatum. autor Herod. in Thalia, & Strabo lib. 14. Mantuanus de Fortuna Gonzagæ:

Inuenies vnum toto qui vixerit auro, &c.

Satafpes Perfa & Theafpis filius à Xerxe rege cruci affixus eft, quod Zopyri filii Megabyfi filiam virginem vitiaffer, quodque etiam totam Africam non peragraffes, quod fe feciffè ad diluendum ftuprum dixerat, autor Herodotus.

Idem Xerxes Leonidem Spartanorum regem ac principem, bellica virtute clarum, iuffit abfciffo capite in crucem tolli. autor Herod.

Achæus rex Lydiæ, quum noua tributa à populo vellet extorquere, in faftione populari fufpenfus eft, pedibus fuffum verfum erectis, & capite in aquas Pactoli demiffo. Ouid. in Ibin.

*Mors vel intereas capti fufpenfus Achæi,
Qui miser aurifera refte pependit aqua.*

Dario in Græcos bellante, Hiftixus Milefius, ab Harpago Darii tribuno captus, & cruci affixus eft. autor Herod.

Arayctes vir Perfa Sefi præfectus, ab Athenienfibus Xantippo Antiphronis filio diu captus. ftipiti fuffixus eft. autor idem Herodot.

Arachne Lydia puella, lanificii peritiffima, ægreferens opus fuum à Pallade (qua cum certamen fufceperat) contraftum, laqueo iugulum præfocauit. Ouid. lib. 6. Metamorph.

*Non tulit infelix, laqueoq; animosa ligauit
Guttur: pendentem Pallas miferata lenauit,
Atq; ita, Virue quidem, peude tamen improba, dixit.*

Marfya tibicen ab Apolline victus, pependit laqueo. Quod innuit Plin. lib. 16. cap. 45. Ibi, inquit, platanus oftenditur, ex qua pependit Marfya victus ab Apolline.

Daphitas Grammaticus quum reges conuiciis afpergeret, & probris notaret, comprehenfus in Thorace monte itidem erectus eft in crucem. Vnde eft adagium: Cauere Thoracem. Strabo lib. 14. Erafm. in Chiliad.

Helena post mortem Menelai, à Megapento & Nicoftrato filiis Orefis fugata, in Rhodum ad Polyzo vxorem Teopolemi peruenit. Cui quum fpecta efferet ob viri zelotypiam, eiuſdem mandato arbori fufpenſa eft, autor Paufanias apud. Volaterr.

Alexander Macedo mortuo Epheltione (quem vnice diligebat) medicum eius Glaucum cruci fuffixit. autor Plut. in Alexand.

Amara Latiniæ mater ægreferens filiam Æneæ copulatam, quam contra
votum

potum patris Turno nuptam dari volebar, seipsam suspendit, & vitam laqueo finiuit. Amabat enim Turnum adeo, ut cum existimaret eum mortuum, ad mortem ipsa cucurrerit. Virgil. 72.

Infelix pugna iuuenem in certamine credit, &c.

Bomilchar Amilcharis filius, Pœnorum dux, veniens in suspicionem Carthaginentium cum Agathocle conspirasse, in medio foro patibulatus est. Ferrunt autem, eum cruce iam affixum magnis clamoribus, multisque conuiciis, subditorum ingratitude obiurgasse, & inter clamores spiritum emisisse. Iustinus lib. 2.

Hanno Carthaginensis (qui Philippi regis Macedonum floruit ætate) quum ob potentiam tyrannum vellet inducere, captus a civibus, virgis primum casus est, deinde effosis oculis, fractisque cruribus & manibus cruci affixus, auctor Trogus.

Val. Bestius à L. Imbrico affixus est cruci, quod Rufetum ipsius Imbrici filium, suæ fidei commissum interfecisset, ut eius auro potiretur. Aristor. apud Plutarch.

Captonia virgo Vestalis stupri comperta, suspendio affecta est. Oportebat enim eas in virginitate persistere, quæ ministerio Veitæ allgebantur.

Symeon filius Cleophae, post Iacobum fratrem Domini Hierosolymarum episcopus, sub Traiano imperatore crucis patibulo spiritum emisit.

Zoe Nicostrati martyris vxor in furcam erecta, ibidem cum morte vitam mutauit: partim crucis tormento, partim fumo (quem carnifices ad arboris radicem posuerant suffocata).

Petrus Aulanus tempore Diocletiani & Maximiani imperatorum, supplicio crucis vitam finiuit, sub Seuero præside.

Alexander & Epipodius martyres passi sunt apud Lugdunum, sub Antoino Vero, & pro Christi nomine patibulo crucis affixi.

Claudius quoq; Asterius & Menon, dum Christianam profiterentur religionem, & gentilem infestarentur hæresim, post multa suppliciorum genera, tandem in crucem erecti sunt, eaque morte spiritum Domino reddiderunt.

S. Agricola Vitalis magister, itidem pro fide orthodoxa suffixus est patibulo, temporibus Diocletiani & Maximiani imperatorum. Sabellius.

Julia virgo Carthaginensis, dum idola & simulachra deorum contemneret, Christianamque profiteretur religionem, eodem mortis genere animam efflauit.

Nemesius martyr sententiâ Æmiliani iudicis apud Ægyptum inter latrones patibulatus est.

Nestor episcopus eandem subiit mortem sub Decio Imperatore, & Pollione præside.

Ludovicus Hutinus, Philippi Pulchri filius, rex Gallorum, Engurranum quendam inter Gallos auctoritate & opibus potentem crucifigi fecit.

Plerique alii vitam suspendio & turca clauerunt, ut Lycambes, Biblis, Phyllis. Monyma Mithridatis vxor, Callice, Anaxarete, Auçtolia, Bubalus, Silanus, T. Manlii filius, Judas, Erigone. De quibus quoniam iam sumus locuti, nihil hic repetemus.

Simon puer Tridentinus, sedente Sixto IV Pontifice, die Veneris (quo Christus pro nobis in cruce immolatus est) a Iudæis clam comprehensus, omnibusq; tormentis prius affectus, demum cruce affixus est.

Derothæus & Gorgonius martyres pro Christiana pietate vitam suspen-

diō si

dio finiuerunt, sub Diocletiano Imperatore: mortuorumque corpora famelicis canibus obiecta sunt, quæ illa sa remanserunt.

Narfes rex Italiae Sindualdam Brentorum regem prius victum, donatumque venia, quum iterum rebellasset, captum in trabe suspendit, autor Paulus Diac. lib. 2. de gestis Longobardorum.

Arnulphus vii. Gallorum Imperator, Bergamo capta, Ambrosium eius loci principem suspendio encauit. Sabell.

Hadingus rex Danorum regressus à bello Sueuico, vbi ærarium pecunia spoliisque bellicis furto violatum comperit, custodem eius Glumerum suspendio affectit, autor Saxo Grammat.

DE COMBUSTIS. Cap. XX.

Medea ægreferens se ab Iasone relictam, sibi que Creusam seu Glauccam Creontis filiam superindictam fuisse, nouæ nuptæ dona quædam misit nuptialia, quæ eidem & toti domui incendium attulerunt. Probert. lib. 2.

*Aspice quid donis Euriphyla inuenit amaris,
Arserit, & quantis nupta Creusa malis.*

Nigid, tamen apud Marferium ait, Corinthi fontem esse Gluacem nomine, in quem se præcipitauit, quum aduersus Medææ veneficia ignisque id sibi speraret profuturum.

Alexander Milesius, Polyhistor cognominatus, libertus Corn. Lentuli grammaticus apud Laurentes ex incendio crematus est, Sylla temporibus, autor Suidas apud Volater.

Alcibiades Clyciæ filius, dum in Phrygia ab Atheniensibus exularet, percussorum (qui immissi fuerant) decretò viuus in cubiculo crematus est. Ouid. in Ibin:

*Clyciade que modo circumdatus ignibus atris,
Membra feras Stygie semicremata neci.*

Inst. lib. 5.

Perillus rogatus à Phalaride tyranno Agrigentino, vt nouum tormenti genus ad plectendos reos comminisceretur: taurum æneum excogitauit, quo inclusi flammis suppositis perirent, & bouum mugitus imitarentur. Quam poenam primus expertus est. Ouid. in Ibin:

*Ære Perilloo veros imitere iuuenos,
Ad formam tauri conueniente sono.*

Idem lib. 5. Tristium:

*Ipsè Perilloo Phalaris permisit in ære,
Edere mugitus, & bouis ore queri.*

Plin. cap. 8. lib. 34.

Phalaris tyrannus Agrigentinus, dum ciues suos multis torqueret suppliciiis, à populo vna cum liberis & coniuge crematus est, & in eodem tauro, quo reos puniebat, lege talionis suffocatus. Ouid. in Ibin:

Vique ferox Phalaris lingua prius ensè ressecta, &c.

Nicias fuit inter venatores quispiam venandi ardore concitior, dum feras immixtis canibus ardentius insectaretur, in carbonariam præceps decidit fornacem, autor Cælius cap. 56. lib. 12.

Plutarchus scribit Pythagoram philosophum vigum fuisse à Cylonis exustum. Laertius ait hoc factum fuisse in Nicoclis Crotoniæ domo, à quodam, quem in disciplinam admittere voluisset.

Macedon mulier (à cuius nomine Macedonia dicta est) igni cœlesti vna cum marito absumpta est. Ouid. in Ibin:

*Vt Macedon dicta est rapidis cum coniuge flammis,
Sic precor atheret vindicis igne cadas.*

Scitibit Plinius lib. 7. Nat. histor. Auolam consularem in rogo reuixisse. Sed quoniam subuenire non poterat, prævalente flamma viuum fuisse crematum.

Plinius secundus quum nihil in maiore negocio haberet, quam rerum naturalium causas scrutari, periit in Veseui montis incendio, dum rationem vellet inquirere.

Fama est Cæsium Bassum poetam lyricum in suis prædiis, ardente Veseuo, lateque vagantibus flammis, cum villa sua conflagrasse.

Nigrinum quendam Ammianus Marcellinus fuisse scribit, qui propter excitatum bellum viuus sit exustus.

Valens Imperator, frater Valentiniani, prælio superatus à Gothis, in tugurio (quo spe salutis confugerat) ab eisdem crematus est. Sex Aur.

Eustathius Traiani aulicus, dum ceruum in venatione sectaretur, viso inter eius cornua crucis simulachro, auditaque hac voce, Cur me persequeris? statim conuersus est vna cum Theophila vxore. Quod vbi postea rescitit Traianus, ambos in taure æneo comburi iussit Volater.

Polycarpus Ioannis discipulus, & Smyrnæ præful, pro Christiana pietate palam & spectante populo in amphitheatro combustus est. Volater.

Laurentius & Tyburtius martyres pro Christi nomine incendium volentes pertulerunt, Ioan. Fr. Mirandula lib. 2. Hymn.

*Lucunda incendia Laurentis
Suscipit, Empyrea mulum irroratus ab vnda,
Atque per ardentes pruinâs illasus abibat,
Maiores in corde ferens Tyburtius ignes.*

Emerita Lucij Anglorum regis soror, pro Christiana itidem pietate flammis extincta, spiritum Domino reddidit.

Fuerunt & alij permulti, qui incendio finiuerunt vitam, vt Empedocles, Dido, Euadne, Hercules, Sardanapalus, Catulus, Luctatus, Afrubal, Portia, Dædalion, Brotheus. Quorum mortem reperies in eorum historia, qui se occiderunt.

Martyrum quoque plurimi hoc mortis genere vitam reliquerunt, &c.

Innocentius tertius iussit Almericum hæreticum (qui dicebat Ideas in mente diuinâ creare, & creari) apud Lutetiam comburi. Volater.

Clotarius rex Gallorum cum Conabro Britonum duce bellum gessit, victumque interfecit, & Crominum eius filium nothum, vna cum vxore & liberis cremauit.

Saxo lib. 7. Histor. Danicarum ait, Frothonem regem incendio consumptum fuisse, & in antro, quo confugerat, flamma & fumo fuisse suffocatum.

DE EXCORIATIS. Cap. XXI.

Marsias ab Apolline (quem ad tibiæ certamen prouocauerat) victus & excoriatu est. Ouid. in Ibin:

*Mens quoque sic furis vecors agitetur ut illi,
Vnum qui toto corpore vulnus habet. Idem:
Nudave direpta pateant tua viscera pelle,
Vt Phrygy, cuius nomina flumen habet.*

Claudian. lib. 2. Eutrop.

Manes hæreticus (qui diuinam solum in Christo naturam ponebat) à rege Persarum cute direpta interfectus est, quod eius filium morbo laborantem interfecisset, quem tamen sanaturum se promiserat, autor Suidas apud Volaterranum.

Bartholomæus Apostolus, regis Syriæ fratris Astyagis iussu excoxiatus est. Unde Ioan. Fr. Mirandula in Hymnis:

*Hinc etiam pellem Ptolomæi filius ardens
Deposuit.* ———

DE NVNCIIS ET LEGATIS,

Cap. XXII.

IRis fertur nunciâ Iunonis, Virgil:

Irim de celo misit Saturnia Iuno.

Mercurius Iouis & omnium deorum. Ouid. lib. 2. Metam:

Hinc se sustulerat paribus caducifer alis.

Cyneas legatus fuit Pyrrhi. Ilioneus Æneæ. Idmon Turni. Virg. lib. 12:

Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyrannò

Haud placitura refer. ———

Pontius Caij principis. Plin. Pontius legatus Caij principis eas tollete ednatus est libidine accensus:

Longinus legatus fuit Traiani, autor Dion Cassius.

Agis legatus fuit Arsacis regis Parthorum, autor Plut. in Crasso.

Proculeius Augusti Cesaris, vt etiam Thyreus, quem Antonius post mortuum cum Cleopatra sermonem verberari iussit deli suspicione:

Clathis Darij, Hippocrites Chalcidonis; Thasiles & Isidorus Mithridatis; Syllus Agefilai, Turullius Antonij, fuerunt legati & præfecti copiarum;

DE PONDERVVM NOMINIBVS ET

valoribus. Cap. XXIII.

Siliqua primum minimùmquè pondus granum thecæ inclusum. Scrupulus, Latine. Obulus, sex siliquis constat. Drachma tribus scrupulis conficitur. Vncia octo drachmis confatur. Libra Italiae vndecim habuit uncias. Sextertium antiquum Dipondius & seminis.

Sextertium antiquum paruum libras viginti quatuor habens:

Talentum Apheticum libras quinquaginta.

Talentum Ægyptium quindecim pondò. Blond. lib. 9. ex Varrò.

Talentum Atricum magnùm octoginta libras & quatuor uncias.

Deunx, uncias vndecim. Dextans, uncias decem; Dodrans, nouem. Bessis, octo. Septunx, septem. Seunx, sex. Quincunx, quinque. Triens, quatuor. Quadrans, tres. Sextans, duas. Semiuncia, dimidium vnciæ. Sexticula, vnciæ sexta pars.

Reliqua nomina ex compositione noscuntur satis, vt Tressis, Decussis, Viceffis, Tricessis, Centussis, id est, tres, decem, viginti, triginta, centum asses continens. Sed aduerte, multa alia fuerunt talenta, vt Rhodium, Euboicum, Antiocheum, Babylonicum, Ptolemaicum, &c. quæ, quia libræ apud alios maiores, apud alios minores fuerunt, non idem vbique valent. Estque de eorum valore opinionum confusa diuersitas: nec me fallit Plin. lib. naturalis hist. 21. ca. 34. de Græcis ponderibus dixisse, Drachma denarij argentei pondus

us habet, denarius sex continet obolos, obolus decem calchos. Cyathus pendet per se drachmas decem; Hemina drachmas sexaginta. Mna, quam Minam vocant, drachmas pendet Atticas centum. Præter hæc, Nota nummum argenteum Romanum quatuor scrupulis æquipollere, & inde redue pondera ad nummorum usum & valorem. Hæc & multo plura tibi suggereret Budæi nostræ ætatis doctissimi lectio in libro cui titulum fecit de Aſſe & partibus eius.

DE MENSURIS: Cap. XXIV.

A Cerabulum mensura est continens quartam hemina partem, id est drachm. 15.

Artaba mensura 72. sextariorum, de qua Herodotus: Artaba, inquit, Persicæ est mensura, capaciore quam Atticus Medimnus tribus Chœnicibus Atticis.

Batus Hebraicum est vocabulum: capit sextarios 72. Sabellicus: Cui quamdiu opus tenuit, ex Iudæa quotannis Coro tritici viginti millia dono misit Salomon, totidemque Batorum olei.

Caramium Græci amphoræ vocant.

Chus mensura est Attica capiens heminas octo.

Chœnix mensura est æ diurnæ. Hinc Chœnici insidere dicuntur, qui super futuro victu curiosi sunt. Herodotus in Erato: Regibus ad cenam non contentibus mittantur binæ Chœnices farina, & vini singulæ cotylæ, id est, Sextarij. Est & Chœnix semodium. Grammatici aiunt, Chœnicas 48. modis contineri. Homær. in Odyf. Chœnica accepit pro cibo, ubi ait:

Nam quacunque mea dignabor Chœnica, prorsus

Haud cessare sinam, quanquam procul aduena fertur.

Citantur hi versus à Budæo.

Congius mensura est sex sextariorum, & est pars amphoræ.

Cotyla est tertia pars Chœnicis.

Cubitum sesquipedale est, constatque digitis 14. Græci vocant Pygnon.

Culeus mensura est continens vicenas amphoras, vel urnas quadragenas. Plin. de vinea Palemonis grammatici loquens: Quando & postea sæpenumero septenos culeos singulæ iugera, hoc est, amphoras centenas quadragenas musti dederunt.

Cyamus Ægyptius grammata 12. Sed alia sunt mensuratum apud nos vocabula.

Decempeda decem pedum mensura. Cicero: Quum iam peritus metator, & callidus, decempeda sua, saxa diuiserat. Horat.

Nulla decempedis

Meta priuatis opacam

Porticus excipiebat Arcton.

Hinc decempedator, qui pertica decem pedum vitum;

Dolichos stadiorum 12. Hinc Diaulodromi & Dolichodromi.

Drachma Attica pondus habebat denarij argentei, efficiebatque sex obolos pondere. Obolus decem calchos, auctor Plin. lib. 12.

Gruma est mensura, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur. Hinc Degrumæ, viam dirigere: & Exgrumari, à via recedere.

Hemihectum, Hemihectum, dicitur semifextarius Medimni.

Hemina mensura dimidium sextarij continet. Gell. Si ex sextario hemina fusa est.

Hexapæda sex pedum pertica aut mensura.

Libra uncias 12. Uncia drachmas 8. Drachma grammata 3. Gramme obolos duos. Obulus ceraria 3. & chalcos 8. Coratium chalcos duos.

Mina Græca habet uncias 16. Rom. 20.

Medimnus sex modios continet. Herodotus: Singulis quoque calendis instantis mensis singula pecora utriusque à publico dentur Apollini immolanda, & farina Medimnum, id est, sex modia, & vini Laconicus quartarius.

Metreta decem congios continet. Et capitur pro amphora vinaria. Mart.

Plurimus Hispanas mittat mihi nauta metretas.

Modius continet duo & viginti sestertia. Hinc Semodius & Trimodius Colum. Eadem quatuor modis, nonnunquam tribus, etiam duobus ac femodium iugerum occupat.

Orygia senum pedum, & quatuor cubitorum mensura.

Palmus maior est digitorum 12. Græce vocatur Spithama, & Latine Dódrans. Minor 4. digitorum. Græce Palestes, dicitur etiam Palmum, in neutro genere.

Passus quinque pedum est, id est, duorum gressuum.

Parafanga apud Persas erat mensura quinquaginta stadiorum Plin. lib. 6. Inconstantiam mensuræ autorum diuersitas facit, cum Persæ quoque Schœnas & Parafangas alia mensura determinent.

Pes est 4. palmorum seu 16. digitorum: sed hæ sunt viarum mensuræ.

Plethrum mensura est centum pedum, & sexta pars stadij.

Schœnus Ægyptiorum est mensura, capiens stadia 60. teste Herodoto.

Semissis mensura est dimidij assis. Semissem hominem, vocamus vilem & abiectum.

Sextarius continet octo Chœnicas.

Sitomera mensura est frumentaria.

Stadium pedum DC.

Stathmos, id est, mensio, millia continet xxviii. semis, & est mensurarum maxima Stathmi etiam dicuntur diuersoria tabellariorum cursorum, id est, certa spatia, qua vno actu solent conficere.

Trien seu Hecteus, sextarius est Medimni, capitque Chœnicas octo. Porro autem culpam me oportet deprecari, quod hic viarum mensuras, liquorum & aliarum rerum mensuris confudero. Scribebam enim ut occurrebant variorum lectiones. Præterea nemo est, ut opinor, adeo simus & expertus nati, qui prima statim fronte discrimen non intelligat. Varia mensurarum genera leges apud doctissimum Budæum. Pleraque etiam in antiquis lectionibus Cælij.

DE STADIIS DIVERSIS.

Cap. XXV.

STadium 12. nostros efficit passus, hoc est pedes DCXXV. Hoc Censorinus Italicum vocat. Olympicum pedibus DC. constat, Pythicum circiter mille. Vitruuius stadiatas domorum porticus appellat prælongas, & magnificas.

DE NUMEROSO MILITVM EXERCITU. Cap. XXVI.

Mose exercitus habuit DCIII. millia: imbellis autem popelli DL. millia. Tota summa millies & mille centum quinquaginta. Ioseph. lib. 3. Hiero-

Hieroboam rex Israelitarum in exercitu (quem contra Abiam Iudzorum regem duxit) habuit 80 millia bellatorum. Abias vero 40. Bela quarto Andree Hierosolymitani filio apud Pannonios regnante; Tartari cum quinque is atmorum millibus Pannoniam ingressi sunt, a quibus superatus Beletus fugit. Vol.

Sesoftris rex Aegypti (qui insuetam seuiti Arabiam subegit, maximam Lybiae partem occupauit) habuit in pedestribus copiis sexcenta peditum millia, equitum vero 24. curruum bello aptorum octo millia & viginti. Diogen. lib. 2.

Nynus Assyriorum rex, armauit in Baetrianos decies septies centena millia peditum, equitum ducenta, curruum centum millia.

Xerxes Rex Persarum, in Graecos dimicaturus, habuit de regno suo septingentam millia, de auxiliis trecenta, rostratae naues mille & ducentas, onerarias ad tria millia. Toto numero habuit tria millia nauium, in quibus fuerunt hominum Myriades 23. Terrestris autem exercitus fuerunt centum & septuaginta Myriades, equitum octo. Herod. lib. 7.

Ad vindicandum Helenae raptum Graeci armauerunt in Troianos 886. bellatorum millia. Contra vero Troiani habuerunt 676. millia. Carinas circiter mille, auro Dares Phryg.

Mardonius Persa (quem Xerxes apud Salaminem reliquit, ut dispartatos milites resarciret) habuit in exercitu peditum ducenta millia, equitum viginti millia. Victus est tamen apud Plateas a Pausania Lacedaemonio, turmis longe minoribus stipato. Caesius cap. 62. lib. 16.

Achzororum exercitus in Cleomenem ducentum Spartanorum, fuit viginti millium peditum, equitum mille.

Athenienses in Syracusanos certaturi ducem Alcibiadem, habuerunt supra 140. triremes, centum & quinque peditum, tum sagitarios & funditores mille & trecentos. Timentorum praeterea ac machinarum expugnandis vibus copiam ingentem. Plutarch. in Alcibiade.

Artaxerxis exercitus regis Persarum in Cadusios habuit triginta peditum millia, equites mille Sabeli.

Certaturus in Alexandrum Darius habuit sexcenta hominum millia. Plus scribit, Dario fuisse decies centena millia militum.

Alexandri copiarum qui minimum afferunt numerum trecenta millia peditum, equitum vero quinque fuisse tradunt. Fertur in Asiam traiecisse cum millibus armatorum non amplius 48. Iustin. lib. 2.

Antigonus Philippi filius, & pater Demetrii Poliorectis Macedoniae regis, habuit in exercitu contra Seleucum Syriae principem, & alios reges supra 70. millia peditum, equitum vero decem millia. Item Elephantos 75.

Seleucus vero, & Antiochus eius filius, armauit in ipsum Antigonum 93. millia peditum, equites supra decem millia, elephantos quadringentos, curus centum & viginti.

Pelopidas dux Thebanorum, duxit contra Syracusanos septuaginta millia militum.

Carthaginenses Siciliam cum septuaginta millibus militum, ducentis trimibus, & mille nauibus inuasit. Quos tamen superauit Timoleon dux Corinthiorum, eorumque castra dirupit, desideratis decem millibus.

Demetrius Antigoni & Stratonices filius, & Macedoniae rex, habuit in copiis peditum decem millia, equitum decem, naues quingentas.

Antigoni exercitus habuit peditum viginti millia, equites 300.

Antiocha

Antiochi exercitus 300. millia armatorum, quibus Romanos inuasit, Falcatis etiam curribus, & elephantis aciem instruxit. auctor Plutarchus in Ruffo.

Idem ait certum non esse quantz fuerint Annibalis copiaz. Alii centum millia peditum, & viginti equitum fuisse dicunt, quidam aiunt addita ex Gallis & Liguribus 80. millia peditum, decem equitum. Quamvis autem exactus ad fidem numerus dari nequeat, hoc tamen argui potest numerosum habuisse exercitum, quod amisit in Alpium traiectu triginta millibus, ad huc Romanorum potentiam non expauerit.

Perseo Macedoniz regi in Paulum Æmilium dimicaturu suæ quatuor millia equitum, peditum vero 48. millia.

Tigrani Regi Armeniz fuere ducenta quinquaginta quinque armatorum millia contra Romanos, qui tanto exercitu peditum centum millia, equitum vero quinquaginta Lucullo duce interfecerunt.

Mithridates rex Ponti habuit peditum centum millia, tū equitum decem, currus falcatos nonaginta. Cælius ad hunc modum de Mithridate: Habuit (inquit) equitum quinquaginta, peditum 250. millia: machinarum vero ac omnis bellici instrumenti par eius summa. Depugnabant cum eo reges Dynastaque Armeniz ac Scytharum, qui circa Pontum incolunt, supraque Mæotidem paludem.

Eumenes rex Pergami habuit in exercitu contra Macedones 36. millia beliatorum.

Terentius Varro consul, & Æmylii Pauli collega, habuit in exercitu octo & octoginta millia contra Carthagenenses.

Quintius Flaminius in bello contra Philippum Macedoniz regem habuit 26. millia hominum.

L. Æmilius & Atilius consules, principio sui consulatus quatuor legiones urbanas in Gallos armauerunt, quarum singulis quinque millia & ducenti pedites, equites vero trecenti inerant. Habebant & ex sociorum auxiliis triginta millia peditum, equitum vero duo millia. Cui numero Tusci & Sabini septuaginta addiderunt millia, vbi primum Galli Apenninum transire nunciati sunt. Post hos Umbri & Sarsennatæ Apennini incolæ viginti millia contulerunt. Samnites 70. millia peditum, equitum septem millia. Iapyges & Messapii quinquaginta millia peditum, equitum 16. Lucani triginta millia peditum, equitum tria millia. Marsi, Maricini, Berrentani & Vestini peditum viginti millia. Eoque modo cætera totius Italiae vrbes suas suppetias contulerunt, ita vt numerus excreuerit ad septies centena millia peditum, equitum vero 70. millia. auctor Polybius.

Exercitus Marii & Catuli contra Cimbros habuit quinquaginta hominū millia cum 300. millibus. Plur.

Exercitus Crassi contra Parthos habuit peditum legiones septem, equitū quatuor millia, ac totidem velites.

Senonum dux Brennus (qui primus Romanam superbiam retudit) habuit 300. millia.

Bellans in Parthos M. Antonius habuit 60. Romanorum peditum millia, & his auxilia equitum adiuncta Hispanorum & Gallorum decem millia. Caterarum nationum equitum peditumque trecenta millia. Plur.

Parthorum vero exercitus in Antonium habuit 400. millia equitum.

Exercitus Antonii contra Casarem habuit peditum centum millia, equitum 22. millia, naues quingentas.

Exercitus

Exercitus Cæsaris contra Antonium habuit naues ducentas quinquaginta, peditum 80. millia, equitum 22. Plur. in Cæsare.

Pompeii in Cæsarem dimicantis acies habuit 40. millia peditum, equitum in sinistro cornu septem millia, in dextro quinque. Præterea Orientis auxilia totam vrbis nobilitatem, Senatores prætorios, Consulares.

Cæsar in acie habuit peditum 30. millia, equites non amplius mille. autor Eutropius.

Pompeius in bello contra Piratas habuit quingentas naues, peditum 120. millia, equitum quinque. Plur.

Neruii (quos Lucanus rebelles vocat, quique nostro tempore Tornacenses vocantur) in bello contra Cæsarem sexaginta hominum millia amiserunt.

L. Luculli copia in Mithridatem Armeniæ regem fuerunt triginta millia peditum, equitum duo millia cum quingentis.

Obsessis à Vespasiano Hierosolymis vndecies centena millia ferro & fame perierunt. autor Iosephus.

Radagasus Gothorum Rex (qui floruit Arcadii & Honorii Imperatorum temporibus) habuit in exercitu supra ducenta bellatorum millia. autor Paul. Diacon.

Theodoricus Clodonei primi filius in Italiam cum 80. millibus traiecit, quibus impetu repentino Belisarii copias fregit, omnemque transpadanam subiugavit regionem. Volat.

Tamburlanus Scytharum rex Euphratem fluvium cum sexcentis peditum millibus equitum vero trecentis traiecit: quo numero Asiam minorem obtinuit, Regem Turcarum Pazaitem captiuum duxit, Scythas, Medos, Albanos, Mesopotamiam, Parthiam, Persiam, Armeniam sibi subiugavit. Volat. in Geogr.

Vestiges rex Gothorum post Attalaricum filium Amalasanthæ reginæ, ad obsidionem vrbis Romæ cum ducentis armatorum millibus profectus est. Volat.

Soli Aruerni (modica Gallorum portio) ducenta bellatorum millia obiecerunt Amiliano Maximo ad Isaræ Rhodani confluentia. Strabo.

Heluetiorum in Galliam Aquitanicam irumpere volentium, tempore Iulii Cæsaris, exercitus habuit trecenta hominum millia. Volat. in Geogr.

Credibile est Ariouistum Germanorum regem numerosas habuisse copias, vel hoc vno argumento, quod à Cæsare victus octoginta militum suorum millia amiserit. autor Plut.

Carolo Martello Gallorum regi fuerunt trecenta armatorum millia. Porto autem Lacedæmones prodibant in bellum cum tiliarum modulatione, vt suauissimo cantu deliniri non reminiscerentur periculi.

Pati modo Cretenses canebant cithara. Massageta rubras inducunt tunicas, ne vulneratorum cruor terrore cætesis afficeret.

Parthi in fuga sagittas à tergo iaculantur. Lucan. *Ocyor & missa Parthi post terga sagitta.*

DE BELLIS, IN QUIBUS MULTVM CRVORIS effusum est. Cap. XXVII.

Abias Indæorum rex bellans in Hieroboam regem Israelitarum 30. millia ex eius exercitu deleuit. Iosephus lib. 3.

Pha-

Phaceas rex vno die deleuit ex copiis Achab Iudæorum regis post Ionatham 120. millia bellatorum, & ducenta vtriusque sexus millia captiua duxit.

In bello Benadab Syriæ regis contra Achab Israelitarum regem perierunt ferro hominum centum millia.

Gedeon nocte vna apud Iordanem centum & viginti millia Madianitarum interfecit.

Cyrus Persarum rex, traiecto Araxe cum ducentis millibus in Scythas profectus, tam infeliciter bellauit, vt ne nuncius quidem tantæ cladis superfuerit. Idem,

Milciades Atheniensium dux, in Marathone Atticæ campo centum millia ex Darii Persarum regis exercitu profligauit. Sunt etiam qui ducenta dicant deleta. Sabellic.

Cosroes rex Persarum, Palæstinam cum Hierosolyma, ac non gentis millib. Christianorum euerit.

Vlodoniam seu Hadrianopolim, Thraciæ urbem, quam cepissent Scythæ in ea centum hominum millia iugulata sunt.

C. Cæsar dictator prædicare solitus dicitur, vndecies centum & nonaginta millia, præter eos qui ciuilibus bellis perissent, suo ductu & auspiciis cæsa Sabellic. in exemplis.

M. Claudius & C. Cornelius consules, quinquaginta Gallorum millia profligarunt. Volaterr.

Claudius princeps cæc. millia Sarmatarum cæcidit ad Martinopolim,

Claudius Nero & Liu. Salinator sexaginta Pœnorum millia apud Metaurum Umbriæ fluuium cæciderunt, dum Afrubal fratri suo Annibali suppeditas ferre conaretur.

Q. Fabius Allobrox de exercitu Bituiti Aruernorum regis cxx. millia hominum cæcidit. Liu. lib. 6.

Cæsa sunt ab Alexandro ex Darii exercitu supra vndecim millia. Cæsa sunt à Crasso duodecim millia de Spartaci exercitu. Cæsa ad Cannas Romanorum L. millia. Cæsa ad Granium flumen à Lucullo ex Mithridatis copiis hominum viginti millia, præter captos. Cæsa sunt à Pompeio ex Iberis IX. millia. Cæsa à Sylla ex Marianis XX. millia. Decem millia ex Mithridatis exercitu à Pompeio. Cæsa à Ptolemæo ex Demetrii exercitu L. millia. Cæsa ab Alexandro Persarum XXI. millia. Cæsa à Parthis Romanorum decem millia, duce Crasso. Cæsa ex Scipionis & Catonis exercitu à Cæsare quinque hominum myriades. Cæsa à Mithridate septem Romanorum millia. Cæsar à Lucullo ex Tigranis Armenia regis exercitu peditum centum millia, equitum quinquaginta. Cæsa octo millia Cilicum à Lucullo. Cæsa LXXX. millia Germanorum sub Ariouisto duce à Cæsare. Cæsa Pœnorum XL. millia à Scipione. Cæsa XV. millia Romanorum ad Thrasymenum. Cæsa LX. millia Neruiorum à Cæsare. Cæsa XXX. millia hominum de exercitu filiorum Pompeii à Cæsare. Cæsa in bello Macedonum contra Lacedæmonios quinque millia, & trecenti, ex Macedonibus trecenti, & non amplius. Cæsa in urbe Hierosolymitanæ exsidio vndecies centena millia. Cæsa à Britannis Romanorum 70. millia, ducibus Petilio & Suetonio. auctor Corn. Tacit. Cæsa paulo post à Romanis Britannorum 80. millia. Quam cladem ægre ferens Boudicea eorum regina, veneno clausit vitam. Cæsa à Gratiano Imper. triginta Alemanorum millia, apud Argentarium oppidum. auctor Sext. Aurelius.

Friola filius Alphonfi Catholici regis Hispaniæ, 50. millia Sarracenorum in bello occidit.

In bello Eduardi IV. Anglorum regis, contra Scotos perierunt Scotorum 60. millia. Anglorum septem solum.

In agro Tholosano Attila rex Hunnorum congressus est cum Etio & Theodorico Gothorum regibus. In quo conflictu 180. millia virorum decubuere. Paul. Diac.

Quantam suorum stragem acceperit Ladislaus rex Pannoniæ, dum in Amuratem regem Turcarum confingeret, hinc suspicari licet, quod ex ipsis etiam victoribus quadringenta millia post pugnam desiderata sint. Sabell.

Carolus Martellus Gallorum rex, Abidiranum Visigothorum regem (qui in Galliam hostiliter irruerat) ad Burdegalam domuit, cæciditque eius exercitus 350. millia, quum tamen Franci non amplius mille perierint. Sabellic.

In bello Rhoderici Regis Gothorum contra Sarracenos 700. millia hominum vtrinque perierunt.

DE BELLICOSIS VIRIS, AC ILLV-
stribus victoriis. Cap. XXIIIX.

GEdeon iudex Hebræorum percussit quatuor reges Madianitarum, Oreb, Zeb, Zebæ, & Salmanam. Interfecitque ex eorum exercitu 120. millia hominum apud Iordanem nocte vna. Iosephus lib. 5.

Cyrus Assyagem regno Persarum expulit, translato in Persas Medorum imperio. Babylonios cum Cræso Lydorum rege domuit, quem primo venia donatum, ac secundo rebellantem vita & regno spolauit. Subacta Asia, ac toto Oriente, aggressus est Scythas: vbi à Thomiri eorum regina victus est, & interfectus.

Darius Histaspis filius Babylonios perdomuit, Ionas nauali prælio superauit. Atheniensibus congressus est, sed magno suo incommodo.

Xerxes rex Persarum centena millia armavit in Græciam, Athon montem aceto dirupit, diruptum fecit peruium velis. Cum Themistocle congressus est, & apud Salaminem ab eodem victus. Post aliquot annos cum Cimone Atheniensium duce manus conferens, quum fortunam vbiq; non ercam experiretur, voluptati se dedit.

Arsaces obscuræ conditionibus homo, collecta Scytharum exulum manu, Parthos subegit, Syriæ regem Seleucum & Hircanos rededit in seruitutem.

Cleomenes dux Lacedæmoniorum Aratum ducem Achæorum multis affecit cladibus. Argos antea nulli expugnatum in potestatem recepit, Annos 14 felicissime imperauit, reliquit multas illustres victorias.

Demetrius Poliorcetes, Antigoni Macedoniæ regis filius, traiecto Euphrate Babyloniam occupauit Athenas à Cassandri & Ptolemæi imperio redemit, Cyprum expugnato Ptolemæo, nauali bello recepit. Bœotios accepit in ditionem Pyrrhum ab oppugnatione Thessaliæ repressit. Ad extremum fortuna insidians venit in manus Antiochi.

Epaminondas Thebarum princeps, cum Lacedæmoniis congressus, victorias retulit. Traiectus lancea, & in castra semianimis relatus vbi audiuit saluum esse scutum suum, nec ab hostibus raptum: Bene res habet, inquit, mortem hanc morior lubens, atque ita veluti gratulabundus expirauit.

Lyfimachus Agathoclis filius, leoni famelico, Alexandri iuffu, datus in prædam (quod Callisteni captiuo ad remedium calamitatis dediffet venenum) manum amiculo inuolutam in os leonis intulit, arreptaque lingua feram exanimauit. Quo illuftri facinore reconciliatus eft Alexandro. Trogu lib. 15.

Leonidas Spartanus quatuor, nec amplius fuorum millibus ftipatus, auſus eft manum conferere cum numeroſo illo, omnium poſt homines natos populofiſſimo Xerxis Perſarum regis exercitu, apud anguſtias Thermopylarum: vbi parta victoria, immortalè quoque ſibi nomen peperit. Idem quoque milites ſolebat hortari, vt pranderent, tanquam apud inferos cœnaturi: quo verbo iubebat eos eſſe vacuos metu. Iuſt. lib. 2.

Fecit Themiftocles filium ſuum Cleophanum in equeſtri facultate adeo ſtrenuum: vt equis rectus inſiſteret, & rectus iocularetur, aliaque permulta efficeret ſtupenda. Cæl. cap. 12. lib. 8.

Conon Athenienſis fuit bellica virtute clariſſimus, qui Lyſandrum Lacedæmoniorum ducem terreſtri prælio vicit, & Athenarum reſtituit libertatem. Vnde factum adagium, Bellum Cononi cura fuerit. Iuſt. lib. 5.

Timoleon dux Corinthius Syracuſas à Dionyſii tyrannide liberauit, tyrannum in exilium miſit. Leontinorum principem, nomine Ictem bello capſi interfecit, Mamercum Catana tyrannum in fugam vertit. Leptimum (qui Apolloniã per vim ceperat) captum & vincum Corinthum miſit. Carthaginienſes in Sicilia impumpentes ſuperauit, eorumque caſtra diripuit.

Cæneus Theſſalus quum multis interfuiffet præliis nunquam tamen lædi potuit. Hinc natum prouerbium, Inuulnerabilis vt Cæneus. Neſtor apud Ouid. lib. 12.

Veſter fuit vnicuius auro

Contemptor ferri, nulloq; forabilis icſtu,

Cycnus: aſ ipſe oim patientem vulnera mille

Corpore non leſo Perrhæbum Cænea vidi,

Cænea Perrhæbum, qui factus inclytus Othryn

Incoluit.

Archidamus Lacedæmoniorum princeps, Methonem ad Athenienſes deficientem recipit in bello contra Pylon priuſus è nauì proſiliens, nec vulneratus eſt, nec ſcutum amiſit. Aduerſus Amphipolim ſtrenue decertauit. Tandem inſimulatus, quod Agnon Thraciæ regi faueret, damnatus eſt.

Codrus Athenienſium rex, cum in bello Peloponneſiaco accepiſſet ab oraculo, victricem fore gentem, cuius princeps bello periret: relictis veſtibus imperatoris gregarium ſe finxit militem, eoque modo inimicis occidendū ſe præbuit.

Idanthyrſus Scytharum rex, bello res magnas geſſit, multum Aſiæ ſubigauit, & totam prope Ægyptum peruagatus eſt.

Aratus dux Sicyonius, collecta coniuuratorum manu patriam ſeruitute liberauit, expulſitque Nycoclem tyrannum. Compoſiro patriæ ſtatu dux Achæorum factus, eorum Rempubl. an. 14. feliciffime adminiſtrauit. Locridem & Calydoniam depopulatus eſt, Acrocorinthum expugnauit, Macedonibus inde repulſis. Argæorum tyrannos, Ariſtonicum primo, deinde Ariſtippum bello iuſtulit. Ætolos Achæis inimicos plerunque debellauit, ſublatus demum dicitur, & veneno potus à Philippo Macedonum rege qui erat formidoloſus.

Seleucus Nicanor, rex Syriæ, Babylonem cepit, Baſtrianos expugnauit, penetrauit ad Indiam. Compoſitis in Oriente rebus Lyſimachum domuit, & interfecit. Trogus lib. 15. & Volter. in Geogr.

Antiochus Maximus Syriæ rex, Babyloniam, Ægyptum, & Iudæam patrio adiecit imperio Græciam cum ſexaginta millibus intrauit.

Mithridates Phraatis filius Parthorum auxit imperium, Armenios nunquam antea ſub iugum miſſos adortus eſt, Babylonios accepit in deditio-nem, fratre interfecto, quem ſubditi regno præfecerant ob ipſius Mithrida-tis crudelitatem. Cum Romanis bellum gerens Crasſum cum filio, ac toto exercitu deleuit.

Gylippus vir Lacedæmonius, bello ſtrenuus, Athenienſes multis bellis multisque cladibus affecit. Tibull. lib. 2.

— Non magni potior ſit fama Gylippi.

Sunt & alii plerique virtute bellica memorabiles, vt ex Troianis Priamus, Æneas, Hector, Paris, Deiphobus, Troilus. Ex Græcis Agamemnon, Mene-laus, Achilles, Aiæ vterque, Patroclus, Vlyſſes, Neſtor, Diomedes. De Achil-le, Catullus:

Non illi bello quiſquam ſe conferet heros.

Horatius:

Scriptor honoratum ſi forte reponis Achillem,

Impi e, iracundus, inexorabilis, acer.

Iura negat ſibi nata, nihil non arrogat armis.

Bellicam Æneæ virtutem Diomedes apud Virg. libro 11. his aperit verſi-bus:

Munera, qua patriū ad me poſtaſtis ab oris,

Virtute ad Æneam: ſerimus tela aſpera contra,

Contulimusq; manus: experto credite, quantum

In clypeum aſſurgat, quo turbine torquet haſtam, &c.

His adduntur, Adraſtus rex Argiuorum, Ageſilaus, Brennus, Cambyſes, Ca-tulina, Cimon Athenienſis, Cræſus, Euander, Iugurtha, Iafon, Hercules, Pa-corus rex Parthorum, Perſeus, Theſeus, Pyrithous, Pyrrhus, Achillides, Ty-deus, Thraſybulus, & alii pleriq; poetarum carminibus cantatiſſimi.

Pyrrhus Æpyrotarum rex, Leuinum conſulem apud Heracleam bellorum nouitate turbauit. Ad vigefimum ab vbe lapidem caſtra poſuit, Curio & Fabricio congreſſus eſt, Argos obſedit, vbi tegula iactu ad extremum fer-tur periſſe.

Philippus Macedo Athenienſes vicit. Traiecit in Illyricum. Latiffam vr-bem cepit, expugnauit Theſſaliam, & Methonem Magnetiæ urbem Dux à Thebanis delectus contra Phocenſes, eos diripuit. Olynthios deleuit. Aris-bam Æpyri regem regno deiecit. Byzantium obſedit, vbi longa mora conſum-pus ad Piraticam ſe conuertit. Scythas ſtratagemate quodam ſingulari ſu-pepauit. Rebellantes iterum Athenienſes domuit.

Alexander Macedo Philippi ex Olympiade filius, tantum nomen belli-ca virtute ſibi comparauit, vt recens quoque ſit ſemper eius memoria. Vigin-ti natus annos Thebas euertit. Traiecto Helleſponto Ilium profectus eſt, vbi animaduerſo Achillis ſepulchro, Achillem ipſum felicem prædica-uit, quod laudam ſuarum præconem habuiſſet. Homerum. Darium Perſarum regem ad Graniam flumen perdomuit, caſis viginti Perſarum millibus, vbi Darium ipſum cum vxore & filiabus captiuum duxit, quem tamen ite-rum donauit venia. Verum vbi tertio redire graſſet copias, victo regnum

eripuit: eius tamen interfectorem Bessum supplicio affecit. Scythas demum lacesiuit. In India Porum regem numerosis armatum copiis, & quatuor cubitis cum palmo procerum fudit, cui & pepercit. Curtius & Plutarchus auctores.

Annibal Amilcharis filius, viginti annos natus, Saguntum expugnavit. In Italiam quinto mense, superatis Alpibus, ab Hispania peruenit. Apud Ticinum Corn. Scipionem, patrem Africani maioris, occurrentem superavit. Sempronium consulem apud Threbianam ingenti clade affecit. C. Flaminium quoque profugavit ad Thrasymenum, interfectis ex eius copiis 27. millibus. P. Amylium & Terentium consules cum exercitu deleuit apud Cannas, ubi senatores 90. alii ad 45. milia perierunt, ubi & annulorum modii tres reperti sunt, inde omnium metu, accessit proxime Romam, & ad tertium usque lapidem Claudium Marcellum Romanorum ducem iterum fudit: & ad extremum victus à Scipione, Romam liberauit metu. Lilius.

Manlius Torquatus Gallum prouocantem, sicuto & gladiis duobus armatum, ornatumque torque & armillis, viribus, adolescentia, magnitudine, & virtute antefantem ceteris, occidit, mortuo torque detraxit: eumque sanguinolentam collo suo imposuit. Quo facto, ipse posterieque eius Torquati cognominati sunt. auctor Gell. cap. 13. lib. 9.

Attilius Regulus consul fufis Salentinis triumphauit. Primus Romanorum ducum in Africam classe traiecit. Quassata Amilcharis classe, naues longas 63. oppida 200. ac rotidem hominum millia cepit. In Africa portentosa magnitudinis serpentem occidit. Captus demum insidiis Xanthippi Lacedemonii mercenarii militis, miserabili exitu ab inimicis enecatus est.

C. Acilius Caesaris miles, nauali ad Massiliam praelio, iniecta in puppim hostium dextra, & obruncata, eam læua apprehendit. Nec ante dimicare desistit, quam captam profundo mergeret, Atheniensem illum Cynegirum imitatus, qui in consecranda Xerxis classe, idem legitur fecisse. Herodot. libro sexto.

Achilius Belisarii miles, solus ad portam Pintianam Gothorum represit impetum, Procopius.

Furius Camillus Faliscos obsedit, Veios decennali obsidione domuit. Gallos Senones Roma pepulit, eisque vexilla Romanorum extorsit. Quinto dictator Celas iterum Romam petentes ad Anienem fluiuium superauit.

M. Curius Dentatus triumphauit de Samnitibus iterum de Sabinis. Tercio de Lucanis ouans urbem ingressus est. Pyrrhum Epyrotarum regem ex Italia pepulit. Legatis Samnitum aurum offerentibus, respondit se malle imperare aurum habentibus, quam accipere.

T. Q. Flaminius (eius Flamini filius, qui ad Thrasymenum Annibali inauspicato congressus, cecidit cum exercitu) Philippum Macedoniae regem praelio fudit, castris exiit: Thessaliam, iuuantibus Aetolis & Acarnanibus, vexauit. Ciuitates quae sub Philippo erant, per praconem liberatas esse pronunciauit. Demetrium obsidem accepit, quem postea pecunia multatum in regnum restituit. Nabin Lacedaemoniorum tyrannum subegit. Legatus in Graeciam contra Antiochum & Aetolos ad confirmandas in fide Romanorum ciuitates missus est.

T. Sempronius Gracchus, Gracchorum pater, Celtiberos in deditiōnem accepit.

accepit Prætor Galliam domuit. Subiugauit Sardiniam, cuius incolas plurimos exposuit venales.

Manius Capitolinus ob Capitolium à Gallis defensum, nomen sortitus, annos 15. natum militem voluntarium se obtulit. Militaribus donis 37. à suis ducibus donatus est Cicatrices habuit 33. in corpore. Plinius.

M. Claudius Marcellus Gallos (qui se Insubribus iunxerant) iuxta Padum vicit, interfecto eorum duce Viridemaro, Annibalem inuictissimum ducentum primis apud Nolam superauit. Contra Syracusas etiam profectus triennio urbem oppugnauit. Tandem interfectus est ab exercitu Annibalis apud Venusiam.

C. Marius septies consul, Ingurtham captum in triumphum duxit. Cimbro in Gallia, Teutrones in Italia suppressit, deque his triumphauit. Auleium & Glauciam prætores sediciosos interemit. Syllam victum coegit Minturnis delitescere inter paludes. Spiculatorem Gallum ad inferendam sibi mortem missum yltus maiestate deterruit Plurarch. & Liu.

Scipio Africanus annum agens 17. principio secundi belli Punici ductus in castra, circumuentum ab hostibus patrem liberauit. Post Cannensem cladem quum iuuentus de relinquenda Italia cogitaret, ipse gladio supra capita erecto iurare singulos coegit, se non relicturos patriam. Mortuo in Hispania patre, quum omnes id bellum refugerent, sponte se obtulit, natus annos 24. ubi Carthaginem nouam vno die expugnauit. Asdrubalem superauit. Masinissa nepotem in bello captum auo remisit. Syphacem regem vicit, Annibalem ex Italia accersitum superauit, Carthaginemque Romanis fecit tributariam. Reuersus Romam triumphauit. Consul in expeditionem Asiaticam profectus, omnia suis auspiciis rexit, Antiochum sub iugum misit. Accusatus demum, quod prædam Asiaticam non totam in ærarium contulisset, Linternum secessit in villam suam, pertæsus ingratiuitudinem urbis Liu.

Scipio Æmylianus, Pauli Æmylii filius, Numantiam euerit, & Carthaginem penitus sustulit.

Paulus Æmylius, Æmylii Pauli consulis, collega Tetentii Varronis filius, de Liguribus triumphauit, Perseum Macedonia regem cepit, demum in triumphum duxit. Proconsul in Hispania cum Vasce tanis & Lusitanis aduerso Marte pugnauit Anno sequenti Lusitanos fudit, casis ex eorum exercitu octodecim millibus: captis vero 530.

L. Sicinius Dentatus propter ingentem fortitudinem Achilles Romanus vocatus est. Pugnauit in hostem 120. præliis. Cicatricem auersam nullam, aduersas 45 tulit: Coronis donatus est aureis 8. Obsidionali vna, Muralibus tribus, Ciuicis 14. Torquibus 23. Armillis plus centum & sexaginta, Hastis 18. Phaleris item quinque viciesque. Triumphauit cum imperatoribus suis triumphos nouem, auro Plin & Gellius.

M. Sergius (vt scribit Plinius) secundo stipendio dextram manum perdidit Stipendii duobus, ter & vicies vulneratus est. Bis ab Annibale captus. Bis vinculorum eius profugus 20. mensibus nullo non die catenis & compedibus custoditus, Sinistra manu sola quater pugnauit, duobus equis infidente eo suffossis. Dextram sibi fecit ferream, atque religata præliarius est. Cremonam obsidione exemit. Placentiam tutatus est. Duodena castra hostium in Gallia cepit. Vicit etiam Fortunam. Sotinus & Pontanus de virtute bellica.

Porfena rex Ethuscorum dum Tarquinius in urbem restituere tentans

Ianiculum cepisset, Horatius Cocles pro ponte sublicio stetit, sustinuitque hostilem impetum; donec pons à tergo frangeretur, quo cum in Tyberim decidit. Sabell.

*Quis, sibi pontem passus post terga reuelli,
Ipsa licet contra staret Etrusca phalanx.*

M. Scæua Centurio Cæsaris in Gallia solus in acie restitit. Quum in hostes rucret, & iam telo femur transfixus esset, confususque caput ictu saxi, clypeo & galea disiectis, gladioque fracto, duplici lorica munitus, se in mare proiecit. Et cum natando peruenisset ad suos, Parce (inquit) imperator, arma perdidisti Tranquillus scribit, eum effosso oculo, transfixisque humeris & femore aclypeo centum & viginti fortamentis terebrato, cælli commissi portam non reliquisse.

Pompeius Magnus Syllæ primum partibus adhaesit, Domitium expugnauit. De Iarba rege Mauritania triumphauit, nondum patientibus annis. Contra Sertorium in Hispaniam profectus, Merelli copiis se coniungens, eum cum tota factione sustulit. Piraticum bellum tribus confecit mensibus. Triumphauit de Mithridate rege Ponti, Tigranem vicit regem Armenia, quem tamen ad genua sua prouolutum regno restituit. Uberos, Albanos, Iudæos debellauit capto eorum regno Aristobulo, & in triumphum vna cum filio Tigranis ducto. Reuersus ex Oriente triumphum egit biduo, pranotatis victarum gentium titulis. Ad extremum verso fortuna zephyro, victus à Iulio Cæsare in campis Philippicis, coactus est velut profugus ad Aegypti regem Ptolemæum se recipere, vbi hospitis (cui se commiserat) perfidia interfectus est.

Victor Pompeii Cæsar Galliam omnem decennio subegit, eamque redexit in prouincia formam. Germanos, ponte super Rhenum fabricato, maximis affectis cisalibus. Aggressus est Britannos ignotos antea, superatisque pecunias & obfides imperauit. Macedoniam transgressus, Pompeium per quatuor pene menses, maximis obfessum operibus, ad extremum Pharaelico prælio fudit: & fugientem Alexandriam persecutus, occidit, vt deprehendit, cum Ptolemæo rege bellum difficilissimum gessit. Victor Aegyptii regnum Cleopatra, fratrique eius minori permisit. Ab Alexandria, & inde Pontum transiit, agentibus de Pharnace nunciis, quem Mithridatis Magni filium, multis iam successibus præferocem, intra quinrum (qua affuerat) diem vna profligauit acie. De hinc Corn. Scipionem, Pompeii focerum, & Iubam reliquias partium Africa refouentes deuicit, & Pompeii liberos in Hispania. Confectis bellis quinquies triumphauit. Primum triumphum egit Gallicum, Sequentem Alexandrinum, ex victo & interfecto Ptolemæo, Huic proximum Africanum ex Iuba debellato. Deinde Ponticum de Pharnace. Nouissimum, Hispanicum de Pompeii liberis. Res ante demum Fortuna, quum optatissimum partibus esset formidolosus, Bruti Cassii, & aliorum coniuratione, tribus & viginti vulneribus in senatu confosus est. Sueton. & Plutarch.

M. Antonius Triumphauit, interfecto Cæsare, foedus cum Lepido & Augusto contraxit. Brutum & Cassium Cæsaris interfectores vicit in Macedonia. Profectus in Asiam, multos in Oriente reges debellauit. Antigonum Iudæorum regem Iecuri percussit. Phraati Medorum regi congressus, cum victor euasisset, victum ad Araxem vsque persecutus est. Armenia regem, Alexandriam duxit in triumphum. Cum ergo vidit se positum in gremio luxuriantis Fortunæ (in quo parum sibi cauci mortalitas) deliciis captus incidit

incidit in amorem Cleopatrae, quam repudiata Octavia Augusti sorore sibi copulauit. Hinc orta fax belli ciuili. Hinc Augusti nata indignatio, cui apud Actium congressus, & ad extremum victus profugit in Alexandriam, ibique gladio se confodit.

Augustus Imper. Canabros, Aquitanos, Rhetos, Vindelicos, Dalmatas Romano subiecit imperio Sueuos, Catosque deleuit. Sicambros in Galliam transtulit. Pannonios stipendiarios adiecit. Getarum populos, Bacterinasque lacefitos bellis ad concordiam impulit. Obsides accepit à Persis, creandique regis arbitrium. Ad eum Æthiopes, Indi, Scythæ. Garamantes legatos cum donis miserunt. Bella ciuilia quinque gessit, Mutinense, & Actiaticum aduersus M. Antonium: Philippense in Brutum & Cassium. Perusinum aduersus L. Antonium Triumuirum fratrem. Siculum aduersus Sextum Pompeium Cn. Pompeii filium. In bello Mutinensi non modo ducis, sed etiam militis functus est munere. Nam aquilifero legionis suæ grauius vulnerato, ipse aquilam humeris subiit, diuque portauit. Quod fuit argumentum & indicium magnæ fortitudinis.

C. Tacitus prodit, Vespasianum consuesse antequam agmen, locum capere, cibo sortuito, veste habituque vix à gregario milite discrepante, legiones habuisse exercitibus bello, noctu steterisse in excubiis, milites stratagemaribus dolisque bellicis instruxisse.

Probus imperator, bello Sarmatico tribunus, transmissis Danubio multa fortiter fecit. Donatus est hastis puris quatuor, coronis vallaribus duabus, ciuica vna, vexillis puris quatuor, armillis aureis duabus, torque aureo vno, pateta vna librarum quinque ad rem diuinam. Sabellicus in Elegiis Romanos quosdam bellicosos his verbis enumerat:

*Et quem decepta plebsentem crimina dextra
Cernere magnanimus Persena non potuit.
Tercentum Fabios, assertoresq; Camillos,
Nec quibus agnum Africa terra dedit,
Non Catulos Deciosq; duos, geminosq; Catones,
Non Capitolini nomina magna larum,
Nec taceat Cossam, nec te Marcelle relinquat,
Non Curios Porcos, Fabriciumq; senem.
Tollat in immensum Syllam Mariosq; feroces,
Pompeiosq; duos, Casareamq; domum.*

Aurelius Imper. irrumpentes in Italiam Sarmatas bello fudit, à quibus vno die octo & quadraginta sua manu interfecit. Zenobiam quoque Palmyræ reginam in triumphum duxit. Profectus in Galliam, Tetricum subiugauit. Mox in Ægyptum traiciens, regionem pacauit, sublato Firmo factio. nes ibidem suscitante, Romam postremo reuertus, de his omnibus triumphauit. Fl. Vopiscus.

Iustinianus Imp. Persas domuit, Vandalorum gentem deleuit, Africam Rom. imperio totam restituit, Gothos iterum in Italiam irrumpentes fudit, Mauros Africam intrantes cum Attila rege subiugauit. Quæ magno ex parte auspiciis Belisarii gessit, Propter tot victorias dicebatur, Alemanicus, Gothicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Paulus Diaconus lib. 8. rerum Rom.

Clodoueus Gallorum rex, Alemanos domuit, Gothos regno suo expulit, Alaricum eorum regem excidit, aliaque permulta egit facinora, quibus docuit gentem suam ad arma natam.

Huius filius Theodoricus Thuringiam cum rege subiugauit. Traiecit in Italiam

Italiam cum 80. millibus armatorum. Belisarij copias repentino fregit impetu. Transpadanam regionem vicit. Decem Burgundionum millia Gothijs auxilio misit.

Carolus Martellus Pipini primi filius, Aurelianos vno impetu fudit. Traiecto Rheno Alemanos, Sueuos, Bauaros, regno Francorum adiecit. Saracenos ab Eudone duce in Aquitaniam vocatos profligauit, cæsis ex eodem exercitu 355. millibus. Amorreum alterum eorum regem, suppetias Athino apud Narbonem obsessio ferentem, deleuit. Gothos (qui Hispaniam citeriorem Galliarum partem annos iam 300. turbauerant) profligauit. Omnem potestremo Galliam Francorum regno subiecit. Volater,

Carolus Magnus Pipini secundi filius, euidentis virtutis Gallicæ reliquit argumentum. In primis Aquitanorum regem Himulduum in deditiorem accepit. Accersitus ab Adriano Pont. Longobardos cum duce Desiderio Italia expulit, quam annos iam 204. possederant. Deum reuersus bellum Saxonum (quod annos prope 34. durauerat) quamuis interpolatum, profecutus est. Quos sub iugum redactos, ad Christianæ quoque pietatis cultum induxit. Aigolandum Sarracenum, Hispanosque male de Christo sentientes, subiugauit. Beneuentanorum (qui duce Araiso in Romanum Pont. tumultum parabant) repressit. Taxilonem Bauariæ ducem, res nouas molientem, sola pacauit legatione. Hunnos (qui Pannoniam occupauerant) magnis affectit eladibus. Godofredum Normannorum ducem, Francorum socios vexantem, in potestatem suam redegit. Leonem tertium Pont. à Romanis expulsulum, suæ sedis restituit. Cui tantæ virtuti adiecit amorem literarum, quas adeo & amabat & mirabatur, vt Parisiensem Academiam primus instituerit. Erat corpore procerus, vastis præter consuetudinem viribus.

Tamburlanus Scytharum rex, Medos, Albanos, Mesopotamiam, Persiam, Parthiam & Armeniam subiugauit. Traiecto cum 600. millibus peditum, equitum vero trecentis Euphrate. Asiam minorem obtinuit. Regem Turcarum Pazaitem captiuum in laqueos coniecit, tantæ feritate, vt eum instar beluæ clatris inclusum secum semper duxerit, & sub mensa in modum canis micæ & frustilla comedere iusserit, equumq; ascensurus, eius humeros pro scabello pedibus conculcauerit.

Amurathes rex Turcarum, Thessalonicam urbem vi captam, diripuit, Epyrum & Ætoliæ subiugauit. Pannoniam cum centum armatorum millibus ingressus est, Pannonios bello bis fudit.

Arturus rex Britanniarum, adeo bellica virtute excelluit, vt quadringentos, & sexaginta viros in prælio solis interfecerit, ac regna plurima suæ adiecerit ditioni. Vtebatur galea aurea, in qua sculptum draconem præferbat. Ferebat clypeum, in quo picta erat Christiparæ genitricis effigies, vt omni discrimine, rebus omnibus eam semper haberet præ oculis, velut adiutricem. Vtebatur lancea ardua, & inusitati ponderis, quam secum deferri semper volebat. Cantatissima est eius virtus, & recens prope memoria, frequensque fama in ore omnium.

DE INSTRUMENTIS ET TORMENTIS bellicis. Cap. XXIX.

Arcubalista & Carrobalista dicebantur minores machinæ, quæ curculis ferebantur.

Ballista bellicum erat tormentum ex ferro, aut taxo, aut ossè, quo magni

gni lapides emittebantur, vt ait Sulpitius. Ouid. libr. 3. de Tristibus:

Quam graue ballista mœnia pulsat onus.

Cicero lib. 2. Quæst. Tusc. Vt enim ballista lapidum, ira reliqua tormenta telorum. Ballista formabatur ea magnitudine, vt lapides 120. pondo eiacularetur. Ballista maior saxa contorquet. Hæc à Phœlicibus reperta est. De hac Syl lib. 1.

Phocæis effundit vastos ballista molares.

Ballista maior hastam iasit, & parua spicula. De hoc videtur intellexisse Luc. lib. 3. dicens:

Nec enim solis excessu lacertis

Lanceas sed ienso ballista sarbine rapta, &c.

Bombarda Galli vocant machinam, à bombo & ardeo, vt autumat noſtes Nicolaus Beroaldus, execrabile prorsus inuentum, quo nihil fulmini magis simile, luce, impetu, & odore teterimo. Cuius inuentosi (vt inquit ille) robur & æs triplex circa pectus erat, illum parentis crediderim sui ceruicem, & pœnitalia sparsisse, nocturno cruore Hospitiis, &c.

Graphicam tormenti huius descriptionem, vide apud eundem Beroaldum in Rusticum Politiani, ex versibus Ioannis Maria Caranei: Ricardus Bartholinus Bombardam vocat turrisfragam, nouo, sed tamen conueniente epitheto. Volaterranus ait, Bombardam primum à Germanis dono Venetis datam, quum hi apud Clodiam fossam Genuenses obsiderent.

Cochleæ dicebantur torundæ machinæ, in quibus per circuitum obsessores conscendebant in muros inimicorum.

Exoſtra ponæ erat turris ambulatoriæ, per quem obsessores in muros obsessarum urbium transuebant.

Falces & Harpagæ armorum genera sunt apta murorum oppugnationi. Sisenna apud Nonium, Falces iniectas comminuunt, Pluteos propius collocat Harpagis deiiciunt, mittunt è turribus.

Malleoli erant quædam missilia, quæ arcu iaciebantur, materiam habentia ad comburendum. Liuius: Aliqui venerunt ferentes stuppam, picem & malleolos.

Musculi dicuntur minores machinæ, quibus protecti obsessores urbium fossarum (verbum est Vegetii) comportatis lignis & lapidibus complent, & solidant, vt turres ambulatoriæ sine impedimento admoveantur, & applicentur muris. Minores sunt vineis, & pluteis firmiores. Vocantur autem à similitudine musculorum piscium. Nam quemadmodum illi quum minores sint, tamen Balæni auxilium adminiculumque exhibent: ita quoque hæc machinæ subsidio sunt ambulatoriis turribus ad parandam viam, præmuniendaque itinera.

Phalarica genus erat teli, quod ex phalis, id est, turribus ligneis intorquebatur. Erat autem præfixa valido ferro in modum hastæ intra tubum, cuius hasta sulphure, resina, bitumine, & stuppis conuoluebatur, infuso oleo, quod incendiarium vocabant, & è ballista emittebatur.

Plutei contexebantur ad similitudinem cassidis è vimine, cilicis protectebantur, coriis, ternisque rotulis, quarum vna in medio, duæ in capitibus opponerentur, admovebantur in quamcunque partem, more carpenti, & applicabantur muris; horum munitione protecti obsessores, sagittis, fundis & missilib. obsessos de propugnaculis ciuitatis exturbant, vt scalis ascendenda sagillior pareret occasio.

Sambuca fiebat ad similitudinem citharæ. Nam vt in cithara sunt chordæ, ita in trabe, quæ turri admouebatur, erant funes, qui pontem de superiori parte trocleis laxabant, vt descenderent ad murum, exibantque statim bellatores, & per eam transeuntes mœnia vrbs iniudebant.

Scorpiones machinæ sunt, quæ Vegetij tempore dicebantur Manubalistæ. Ideo aurem nomen hoc traxerunt, quod parus subtilibusque spiculis inferrent in ortem: Aliter Scorpio vocatur Onager, quod asini feri quum à venantibus agitantur, ita eminus lapides post terga calcitrando emittunt, vt perforent pectora sequentium, aut perfractis ossibus capita ipsa displodant. Saxis autem per Onagram contortis, non solum equi elidebantur & homines, sed etiam hostium machinamenta frangebantur.

Telenon machina fiebat hoc modo: Trabs vna in terram præalte defigebatur, in cuius vertice connectebatur altera longior, dimensa mediatae eo libramento, vt depresso vno capite, erigeretur alterum. In vnoquoque capite cratibus & tabulis contexebatur machina, in qua pauci collocabantur milites. Depresso itaque per funes altero trabis capite, altero vero (in quo erant) eleuato imponebantur in murum.

Testudinem machinam fuisse bellicam Vegetius ait, de materia ac tabulis contextam, quæ ne exureretur incendio, coriis, vel ciliciis centonibusque vestiebatur. Hæc intrinsecus accipiebat trabem adunco præfixam ferro, quod Falx vocatur, ab eo quod incurua est, vt de muro lapides extrahat. Idem ait caput eius vestiri ferro, appellarique Arietem, quod frontem habeat durissimam, quæ subruat muros, & arietum more retro cedat, vt cum impetu vehementius feriat. Habet autem testudo machina similitudinem cum testudine vera: nam sicut hæc modo reducit, modo profert caput, sic illa interim reducit trabem, & quandoque exerit. Vide Ammianum Marcell. quoque. De Ariete Virg.

— *Labat a. iete crebro*

Ianua, & emoti procumbunt cardine postet,

Quid. lib. II. Metam.

Nec lenius pulsata sonat, quam ferreus olms,

Quum lacerat arie: ballistæus concutit arces.

Hinc arietare verbum, id est, cum impetu percutere. Virg.

Arietat in portas, & duros obice postes.

De Ariete Pamphilus:

Rumpo fores, muros quatit, demolior arces

Cornua ferrata sub trabe dura gero.

Turtes ambulatoriæ, sunt machinamenta trabibus tabulatisque compacta, crudis coriis, & centonibus communita, ne hostili crementur incendio. Fiebant interdum tanta proceritate, vt & muros, & lapideas turres altitudine superarent. Voluebantur multis rotis arte mechanica suppositis. Quum muris admouebantur, præsens erat ciuitatibus periculum. Nam sursum habebant scalas, quibus irrumpebatur in urbem. Deorsum versam arietes, quorum impetu diuellebantur muri. In earum fastigio collocabantur sagittarij, qui obsessos contis & saxis missilibus protrudebant, & ita capiebant ciuitatem sine mora. Obsessis enim nulla spes erat auxilij, quum supra se aspicerent altiore hostium murum.

Vineæ (quas aliter Catts vocant) fiebant hoc modo: De lignis leuionibus machina colligabatur, lata pedibus octo, alta pedibus septem, longa 16. huius rectum munitione duplici tabulatis cratibusque contexebatur: la-

tera sepeiebantur vimine, ne saxorum telorumque impetu penetrarentur: extrinsecus autem, ne immisio concremaretur incendio, crudis ac recentibus coriis & centonibus operiebantur, multis in ordinem iunctis se supponunt milites, qui tuti penetrant ad excavauda murorum fundamenta. De Vinea Propert. lib. 40.

*Dumque aries murum cornu pulsabat ahenis,
Vineaque inductum longa tegebat opus.*

Inter machinas etiam numerantur Trifaces, Cataphrattæ, Plumbatæ, Tribali.

Inter nostri temporis machinas habentur Colubrina & Serpentina, quod oblongæ fiant, habeantque effigiem prope Serpentis & Colabri. Pamphilus Saxus:

*Vis, sanitus, rabies, motus, furor, impetus, ardor
Sunt mecum, Mars hæc ferreus arma timer.*

DE ARMORVM VARIIS GENERIBVS, ac bellicis instrumentis. Cap. XXX.

Ancyle dicitur breue scutum Nonio. Hoc ex utroque latere recisum erat, ut nullus videretur angulus, & summum infimumque latus eius medio pateret. Ferunt, ancylia principante Numa Pompil. eoclitus fuisse demissa. Ouid. lib. 5. Fast.

*Eccæ ancyle vocant, quod ab omni parte recisum est,
Quaque oculis spectis, angulus omnis abest.*

Capistrum & Frænum, vincula sunt capitis equorum. Mart.

Fasti purpureis aper capistris.

Cætra scutum est loricum, quo utuntur Afri & Hispani. Lucan. lib. 7.

Illic pugnaces commouit Iberia Cætras.

Virgil.

Leuis Cætra tegit

Cætrati dicuntur, qui utuntur huiusmodi scutis.

Ephippia sunt stragula, quibus equi integuntur, vel sella, eis ad insidendum posita. Cato: Fuit mihi equus sine ephippio. Equi ephippiarii dicuntur, quibus imponuntur sella, ne graui incessu vulnerent sefforem. Ephippia ti equi, suis phaleris ornati. Horatius adagium fecit:

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

vbi quis vult ea curare quorum est ignarus.

Galea dicitur cassis, seu ferreum instrumentum, à galero, quo veteres vsæ sunt. Ouid. in Epist.

Et galeam pressa substinuisse coma.

Ea ornata cristis & pennis maiorem solet incutere terrorem. Vnde Virg. lib. 8. Æneid.

Terribilem cristis galeam flammæque vomentem.

Idem significat Cassis. Dicimus etiam Cassida.

Propertius:

Aurea cui postquam nudauit cassida frontem.

Lorica dicitur ferreum corporis munimentum, quale apponebatur antiquis regum & imperatorum statuis. Dicitur autem Lorica, velut connexa loricis. Squallebat ferri laminis, ut aristis cochlearum. Vitruuius: Non patietur lorica testacea lædi latera. Modestus: Centuriones nimium bellicosas loricas transuersis cassidum cristis (ut à suis facilius noscerentur) habebant. Mart.

Iunia Sarmaticis dominis lorica sagittis;

Hinc Loricare est armare seu lorica[m] induere. Plinius de Ichneumone in Aspidem certaturo. Mox (inquit) ubi pluribus eodem modo sese coriis loricauit, in dimicationem pergit.

Ocrea dicuntur crurum munimenta. Apuleius: Ille galea caput, ille crura ocreis inuoluit. Hinc Ocreati, ocreis ornati. Plinius: Ad reliquos vsus laboriose euenitur ocreatis cruribus. Vegetius: Pedites scutati prater carapraetas, & galeas etiam ferreas, ocreas in dextris cruribus egerentur accipere. Virgil. 7. Æneid.

Aut ocreas leuis lento ducunt argenti:

Parma fuit breue scutum, peditibus peculiare. Virg. lib. 11.

Ense leuis nudo, parmaque inglorius alba.

Dicimus & Parmula Horatius:

Tecum Philippo & celerem fugam

Sensu relicta non bene parmula.

Pelta dicitur clypeus Amazonum, in modum Lunæ recuruus. Virg.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Stat. lib. 5. Syl. Hinc peltiferæ dicuntur Amazones. Ouid.

Qui modo peltiferæ fudit Maotidas, &c.

Phaleræ ornamenta sunt equorum, qui inde dicuntur phalerati. Virg. lib. 5. Æneid.

Primus equum phaleris insignem victor habebat.

Pharetra repositorium sagittarum, quanquam & pro sagittis interim capiebatur. Ouid. primo Metamorph.

Stapedes machinulæ sunt ferreae, quibus pedes sustinent equitantes.

Thorax dicitur ferreum pectoris munimentum, & quicquid collo ad coxendicem prætenditur in anteriori corporis parte. Thoracati, thorace induti. Plin. Parrhasius pinxit Navarchum thoracatum. Fiebant olim thoraces cratibus costarum ferreis, unde & nexiles vocantur Statii, & multiplices lib. 12.

Multiplicem totius sternum thoraca cateruæ;

Umbo dicitur pars eminentior. Capitur & pro toto clypeo. Virg. lib. 10.

— Sed sustinet arcus umbo.

Stat lib 18.

Euboeum dure rumpunt umbonibus agmen;

DE NOMINIBVS DIVERSIS AD REM militarem spectantibus. Cap. XXXI.

Exercitus dicitur magnus militum numerus, ab exercitatione, cui præest, qui legationes cum suis auxiliis comministrat. Eiusq; officium consistit non solum in danda, sed etiam obseruanda disciplina. Is vocabatur a Romanis tribunus militaris, cui iubebantur parere milites. Eius intererat milites in castris continere, ad exercitationes producere, clauis portare, vigiliis integram circuire, annonæ & com meatibus consulere, compescere tumultus militares, delicta secundum autoritatem castigare, audire commilitonum querimonias, & multa id genus alia. Dicebatur autem tribunus à tribu, quoniam Romulus primus milites ex tribu legit. Tribunorum militarium alij dicebantur Ruffuli, qui creabantur in exercitu: alij Comitiati,

ciati, qui designabantur in comitiis. Dicti sunt & Rutuli, quod Rutilius Rufus legem de his creandis ab exercitu quandoq; tulerit. Equestris ordinis nomen sæpe mutatum est. Nam qui ad equitatum trahebantur, primum Flexumines & Trofili dicti sunt, quum oppidum in Thuscis eo nomine soli sine peditatu cepissent.

Miles suberat Centurioni. Centurio, Tribuno. Tribunus Legato. Legatus, Consuli. Consul, Dictatori. Centurio centum peditibus præerat. Is erat, quæ nunc primipilum dicimus, Myriam continebat decem millia. Hinc Myriarches, qui decem milibus præest.

Legio à delectu militum dicta est, autore Nonio. Romanorum legiones habebant singulæ sena millia, & interdum amplius, ubi res postulabat. Differre autem ab Auxiliatoribus. Nam Auxiliatores conducebantur ad prælium ex diversis locis, nec disciplina inter se, nec in otia, nec affectione consentientes, aliisque institutis vtentes, & dissimili armorum usu, iungebantur, quæ legionibus adnuculi, non principalis subsidii loco. Legio autem propriis cohortibus constabat, habebatque grauis armaturæ principes Hastarios, Triarios, & Antesignanos. Item leuis armaturæ Ferentarios, Sagittarios, Funditores, Ballistarios, vt proprios vnoque animo, & pari consensu castra manientes. Erat in legionibus tanta armorum exercitatio, & fiducia, vt nusquam legantur plures fuisse legiones, quam duæ. Qui legionum matriculis inferri volebant, hoc est, numerari inter legionarios, solebant iurare, idq; Sacramentum dicebatur. Iurabant autem per Deos & Impera. maiestatem, se fidem seruaturus in uiolatam, æternumque famulatum suo principi exhibituros, militiam nunquam deserturos, nec recusaturos mortem pro Rep. Habebat Legio decem Cohortes. Quatuor primæ habebat pedites M. C. V. equites loricatorum CXXII, Secunda pedites DLV. equites loricatorum LXVI. Tertia pedites D. L. V. equites itidem 66. Quarta pedites DC. equites 66. Quinta totidem, Hæ autem primæ ordinabantur in primæ acie, tanquam magis strenuæ. Sexta pedites 555. equites 56. Septima pedites 555. equites 66. Octaua, Nonæ & Decima, singulæ totidem. His decem cohortibus perficiebatur legio, quæ habebat peditum sex millia, equites 732. A numero & ordine legionum milites dicebantur Primani, Secundani, Decumani, primæ & secundæ, aut decimæ legionis.

Cohors diuidebatur in quinquaginta manipulos. Manipulus in xxv. milites. Manipulum autem Varro ait, esse minimam exercitus manum, quæ vnâ sequitur signum. De quo verbo Ouid.

*Ille quidem fano (sed erat reuerentia fano,
Quantum nunc aquilas cernis habere tuas)
Percula suspensas portabat longa manipulos,
Vnde Manipulari nomina miles habet.*

Lucanus lib. 1.

Conuolat armatos extemplo ad signa manipulos.

Hinc Manipulares milites dicti, à manipulo scæni, quod sequebantur.

Centuria dicebatur centenarius militum numerus, cui qui præerat vocabatur Centurio.

Constabat Turma ex 32. equitibus. Varro turmam ait dictam esse mutata in u, quasi ternam, quod terdeni milites ex tribus tribubus, Lucerum, Rhamnesium, & Tatiensium fiebant.

Phalanx dictio est Macedonica, quadratam aciem, & cuneum milita-

rem proprie fignificans, quando pes pedi, clypeus clypeo, vir viro in acie conferebatur: qui mos erat Macedonum peculiaris. Curtius: Macedones, inquit, phalangem vocant peditum ftabile agmen quum vir viro, & armis arma conferta funt. Capitur tamen pro quouis exercitu. Virg. lib. 6.

At Danaum proceres, Agamemnoniaq; phalanges.

Quoniam autem vocabulum est Macedonicum phalanx, proprio epitheto vocatur Sariffigera, à Sariffis, Macedonum haftis.

Porro autem Haftati dicuntur, qui pugnant haftis: Pilani, qui pilis.

Ordinarii dicuntur, qui in pralio præfunt, & primos ordines ducunt.

Augustales dicebantur, qui ab Augusto ordinarius iuncti fuerant.

Aquiliferi, qui portabant aquilam Romanorum infigne. Lucanus.

— Pares aquilas, & pila minantia pilis.

Imaginarii vel Imaginiferi, qui Imperatorum portabant imagines.

Signiferi, qui figna portant.

Tefflerarii, qui tefferam per contubernia militum nuntiant. Teffera autem vocatur præceptum ducis, quo ad bellum aut aliquod aliud opus mouetur exercitus.

Campigeni dicuntur antefignani, ideo quod eorum opera atque virtute exercitui genus crefcit in campo.

Metatores, qui præcedentes locum deligant castris.

Beneficiarii, qui tribunorum beneficio promouentur.

Librarii, qui in libros rationes referunt ad milites pertinentes.

Tubicines, Cornicines, Buccinatores, qui tuba, æreo cornu, vel buccina committere folebant pralium: vt Liticines, qui lituo canunt. Marcellinus: post exactum iam diem occidente liticine, reuocatus inuififfimus miles, prope fupercilia Rheni tendebat. Dicuntur etiam Menfores. Suetonius in Cæfare: Inter eos (inquit) & ænatores rapta ab vno tuba profiluit ad flumen. Marcellinus: Quum fupereffet exiguum noctis ænatorum clangore ductore urbem, vt mox cafarum terribili corona cinxerunt. Buccinatores, autore Vegetio, ornamentum erant totius legionis in ingreffu confiftus, & eius reditu. Hinc per metaphoram Buccinator: pro laudatore folet accipi.

Menfores, qui in castris demetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel hofpita in ciuitatibus præfent.

Torquati fimplares, & Torquati duplares, quibus torquis aureus folidus virtutis fuit præmium, quem qui meruiffet, præter laudem interdum duplas confequebatur annonas, duplares duas.

Candidati milites dicuntur, qui priuilegiis muniuntur, reliqui vocantur municipes, quod propter munera facere militiam cogantur.

Antefignani dicebantur milites, qui erant ante figna, quos tanquam duces reliqui fequebantur. Apul. Antefignani noftri parrem (qua manus huius merum fubit) icu per articulum medium temperato profus abfcindimus.

Vexillarii & Vexilligeri, qui vexillum gerunt. Idem Apul. Tunc itaque (inquit) fublimis ille vexillarius nofter Lemathus. T. Liuius: Ordo, inquit, fexagenos milites, duos centuriones, vexillarium vnum habebat. Idem autor eft, fub vno vexillo fuiiffe homines 180. Vexillationes antiqui nominarunt alas equitum. Eadem ratione Aquiliferi dicebantur, qui aquilas, Romanorum figna ferebant. Suetonius in Cæfare Dictatore: Inclinatam (inquit) aciem folus fape refituit, obfiftens fugientibus retinensq; fingu-

los & contortis faucibus conuertens in hostem, & quidem adeo plerunque trepidos, vt aquilifero moranti cuspide sit comminatus.

Draconarii, qui Dracones ferebant in vexillis, vt aquilas. Claud.

Stant bellatrices aquila sanguine dracones.

Primum signū (inquit Vegetius) legionis est aquila, quā aquilifer portat. Dracones etiam per singulas cohortes à Draconariis feruntur ad prælium.

Primpilus seu Primpilaris dicebatur Centurio, qui III. centurias, id est, cccc. milites regebat in acie prima: eratque caput legionis. Tranquillus in Tiberio: Quum (inquit) Pollentina plebs funus eiusdem primipilaris non prius ex furo misisset. Idem in Caligula: Testamenta primipilarium (qui ab initio principatus neque illum, neque se heredem reliquissent) vt ingrata re- scidit.

Manipli seu Maniplares dicebantur signiferi, qui imperante Romulo, quū Romani & Latini sub vno centurione bellum aggressuri essent, Maniplo her- bæ hastæ alligato pro signo utebantur: Ouid.

Vnde manipularis nomina miles habet.

Nauarchus dicebatur nauis princeps, qui in bello nauali remigibus & mi- litibus exercendis quotidianam curam & iugem exhibebat industriam.

Bellatores, qui ad decertandum instruantur, armisque aduersarium inua- dunt.

Imbelles in exercitu dicuntur, qui sequuntur copias ad aliū quam confi- ctus vsum: vt medici, & tabernarii, & ferui.

Velites dicuntur leuissima armaturæ milites. Hi lorica non induebant, nec ocrea muniebantur. Non clypeum aut scutum graue ferebant, sed telis tantum utebantur, & sagittis Ouid. in Ibin A Velitibus sit Velitari. verbum, id est, leuiter contendere: & Velitatio, leuis contentio. A leui armaturæ Velites aliter dicebantur Expediti.

Peltati leuis armaturæ milites nominabantur à Pelta breui paruoque scu- tu, quo utebantur, cum contis Sarissa paulo breuioribus.

Cataphracti dicuntur, qui non solum sua corpora, sed etiam equos lorica vndique muniunt. Hos Marcellin. Cataphractarios vocat, vbi ait: Et ne qua interuenirei mora, adhibitis Cataphractariis solis & balistariis parum ad tū- endum rectorem idoneis, præcurso eodē itinere ad arua Suecorum peruenit, Est etiam Cataphracti militaris lorica siue thorax. De Cataphractis Marcellinus: Sparfi (inquit) cataphracti equites (quos Clibanarios dicunt) perso- natim thoracum muniti ligaminibus, & lumbis ferro cinctis. Inter quas (inquit) cataphractarii erant sagittarii, formidabile genus armo- rum.

Hastati dicuntur, qui manus conferunt, & cominus hasta decertant: vnde & Tranquillus in Caligula, Hasticos vocat ludos, qui hasta conficiebantur.

Scutati, Cætrati & Clypeati, qui scuto & clypeo se præmuniunt. Nam Cæ- tra scutum est breue & loreum, quo (vt iam diximus) utebantur Afri & Hi- spani. Syllius:

Barbarica plaudentem carmina cætra.

Frequens est apud Liuium Cætratorum mentio. Scutatos Marcellinus & Scurarios vocat. Nec Scutarios (inquit) adesse didicerat. Item Suetonius in Augusto: Affuit & clientibus sicut Scutario euocato quondam suo.

Scutigeryulus à Plauto dicitur armiger, qui gerit scutum domini in bello. De clypeatis Marcellinus: Et incedebat hinc inde ordo geminus armatorum, clypeus & cristatus.

Ferentarii equites dicuntur, qui eminus solent dimicare: quorum alii faculis alii arcu vtuntur. Ferentarii etiam dicebantur ab auxilio ferendo, erantque leuis armaturæ milites, excursu leues, armisq; grauibus non impediti, ense tantum & telis instructi, Sallustius: postquam ea ventum est, vnde à Ferentariis prælium committi posset.

Arcitenentes & Sagittarii, qui arcu vtuntur, & sagittas intorquent: vocantur etiam Sagittiferi.

Vbi pugnabatur Elephantis, qui vni tantum præerat, vocabatur Zoarchus, ab animalis præfectura. Qui tribus, Therarchus. Qui quatuor, Epitherarchus. Qui octo, Ilarcha. Generali vocabulo Elephantorum præfectus dicitur Elephantarcha. autor Alian.

Chiliarchi dicebantur, qui mille militibus præerant. Chilias enim dicitur millenarius numerus.

Tyrones dicuntur noui milites, fortes tamen & robusti ad perferendos labores militiæ, quorum prima exercitatio vocatur Tyrociniū, velut rudimentum: vnde & Tyrocini dicuntur etiam, qui sunt rudes in re aliqua. Tranquillus in Cæs. Tyrones neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per equites Rom. ac etiam per Senatores pentos armorum erudiebant. Hieronymus in scemineo genere Tyrocinas puellas vocat. Tyrociniū etiam præter illud militare rudimentum; dicebatur ab eruditis, quum adolescentuli togâ sumebant, & ponebant barbam eloquentiamque in foro auspicabant. Nã tunc etiam dicebantur Tyrones. Seneca in Declam. Ille in foro primum dicturus tyro dictus est.

Classarii dicebantur buccinatores, qui cornu ducebant exercitum, quiq; Classicum canebant Imperatore præterente. Classarii etiam dicuntur remiges, & frequentius militantes in classibus. Corin. Tacitus: Anicetum centurione classario comitatum. Tranquillus in Cæsare Tiberio: Vnde damnatos post longa & exquisita tormenta præcipitari coram se in mare iubebat, excipientes Classariorum manu.

Rorarii testimonio Varronis dicebantur, qui primi omnium in confidum prodibant, erantque leuis armaturæ, vt velites. Nec dimicabant acriter, sed leui quadam contentione prælium tentabant, quemadmodum eos prius inchoat, quam pluuia.

Exauctorati milites dicebantur, qui obligatione militari & stipendio soluti erant, habuerantque missionem. Hoc autem verbum quandoque in malam partem capitur, vt apud Lampridium, qui scribit, Alexandrum tumultuantes legiones exauctorauisse. Nam orta quondam seditione militari, non timuit conscendere tribunal, & oratione seuerissima tumultuantes increpare, quamuis omnes armati circumlisterent. Postremo illis adhuc frementibus quum inelamasset, Discedite, arma deponite: omnes depositis armis sagulisque militariibus ad diuersoria recesserunt. Tunc vnã legionem totam exauctorauit, quam mox loco suo restituit. Simile est dictum Tranquilli de Cæsare dictatore scribens: Nouam legionem apud Placentiam quam adhuc in armis Pompeius esset, totam cum ignominia missam fecit.

Gregarii milites dicebantur vulgares non electi. Tranquill. in Augusto: Nam quum spectaculo ludorum gregarium militum in XIII. ordinibus sedentem excitari per apparitorem iussisset.

Triarii milites erant omnium fortissimi, qui in postrema legionum parte collocabantur: in his autem sita erat tota spes, & vltimum per fugium.

Erant

Erant omni armorum genere instructi. Genu posito subsidebant, ut si primam aciem vincere contigisset, ab his integrato praelio victoria repararetur. De his Modestus adhuc modum scribit: Hi ut requieti & integri inuaderent hostes postvltimas acies sedere consueverunt, & si quid in primis ordinibus accidisset, de eorum viribus reparationis spes tota pendebat. Hinc formatum adagium, Res ad triarios redit: vbi prope desperatur victoria resque eo periculi redacta est, ut extremo conatu, summisque viribus sit enitendum: quibus si nihil proficiatur, iam nullus reliquus est effugii & salutis locus.

Elaphri dicebantur equites leuiter armati, qui discursu faciles erant, iaciebantque missilia seu sagittas.

Accensi dicebantur, qui ministerio ac seruitio publice adiciebantur legionibus, quum fas non esset milites (qui pecunia publica alebantur) cuiquam seruire, dicebanturque Accensi, velut accedentes.

Dimachæ dicuntur, qui duplici pugnae genere decertant, equo scilicet, & ut pedites, vbi regio non est apta equitatu. Hos primo seruiti institutos ab Alexandro, qui etiam triginta puerorum millia ad militarem disciplinam curauit instruenda.

Finguntur etiam quandoque huiusmodi nomina de nominibus telorum, ut Lancearii, Doryphori, id est spiculatores. Dory enim Græce, lancea significat Latine. Tranquillus in Nerone: Et quum affatim defecisset, ut conficeretur à Doryphoro liberto.

Machærophori à ferendis Machæris gladiis. Cicero: Machærophoris centum sequentibus miris risus nobis edidit. Enisiferi à ferendis ensibus.

Sarissophori à Sarissis, quas Macedonum hastas esse diximus, Spathiferi à Spathis.

Macronigeri, Cultriferi, Cultelliferi, Teligeri, Teligeruli, Iaculiferi, Iaculatores, Spiculiferi, Spiculatores, Hastigeri, Hastiliferi, Vrbimiferi, à forma dicuntur.

Tortores quandoque dicuntur, qui lapides tormentis iaciunt. Vnde & Tortores balistarum vocat Ammianus.

Scorpionarii qui scorpionibus, seu machinis iaculantur. Eiusdem notæ sunt Balistarii, Arcuballistarii, Colubrinarii.

Funditores, Fundibularii, qui funda lapides intorquent. Sallustius: Ipse cum expeditis cohortibus adhuc funditorum & sagittariorum delecta manu.

Pyrobolarii, qui ignitas glandes tormentis eiaculantur.

Clauigeri à ferenda Claua, Græce vocantur Corynophori.

Sunt & quedam principatum & prefecturarum nomina, ut Imperator, Rex, Dominus, qui in malam partem olim accipiebantur pro tyranno. Virgilius:

Vendit hic auro patriam, dominumque potentem

Imposuit

Megistanes dicuntur proceres & primates. Cor. Tacitus: Et Megistanes Armenios (qui primi à nobis defecerant) pepulit sedibus.

Monarchia seu Monarches vnicus omnium princeps, & Monarchia principatus ipse.

Hecontarchus centum hominum vel ciuitatum princeps.

Dynastes dominus regni: Dynastia potentatus. Cic. ad Atticum. Erit nebulo iste cum istis Dynastis in gratia.

- Nauarchus princeps nauis.
 Strategus dicitur præfectus militaris, & Strata præfectura ipfa. Vnde & Iogimus Thraciam fuiſſe diuiſam in Strategeas ſo. Ita enim vocant præfecturas.
 Archipolis princeps ciuitatis.
 Demarchus tribuni plebis. Demarchia tribunatus.
 Agoranomus apud Plautum vocatur ædilis, vbi ait in Captiuiſ; *Hunc fecerunt ſibi & Etoli, Agoranomum.*
 Eparchus dicitur prouinciæ præſes; Eparchlo prouincia.
 Ethnearches princeps gentis; Ethnearchia principatus.
 Genearcha generis princeps; Geneſis, eſt generatio. Irenarches ſeu Irenarcha, qui præſicitur in ciuitate ad auferendas diſcordias, pacandosque tumultus ciuiles.
 Philarchus amator imperii; Latine dici poteſt Imperii candidatus.
 Coſmuarchus mundi princeps.
 Democritus qui fouet principatum populi; Democratia, populi principatus.
 Ephorus dicitur præfectus, & ſuperintpector. Ephori magiſtratus erant tales apud Lacedæmonios, quales apud Romanos Tribuni plebis.
 Decarchus, qui decem præeſt militibus.
 Tetrarcha, qui quartam regni partem obtinet.
 Dubenus apud antiquiores capiebatur pro domino. Pacuuius, Tum Dubenus ſeruos legatos peſſime verberat.
 Trierarchus præfectus triremi, Cic. Actione 3. in Verrem. Qua de re Charidemum Chium, teſtimonium priore actione dicere audiviſtis, quum eſſet Trierarchus.

DE SAGITTARIIS ET IACVLATORI-
 bus peritis. Cap. XXXII.

- I**nter ſagittarios principem locum obtinet Apollo, quem ideo poetæ Sagittiferum & Sagittipotentem dicunt. Vnde Claud.
Mars clypeo melior, Phœbus præſtantior arcu.
 Horat. lib. I. Carm.
Nec te metuende certa Phœbe ſagitta.
 Val. Flac.
Arcu potens aduerte precor nunc deniq; Apollo.
 Getæ, Scythæ, Ithuræi, Perſæ ſeu Parthi, Sarmatæ, Cretenſes, Arimaſpi, & omnes prope Orientales arcu & iaculis claruerunt.
 De Getis Scythiæ populis. Ouid. lib. 5. de Triſt.
Sarmaticæ mator, Geticæq; frequentia gentis,
Per medias in equis itq; reditq; vias:
In quibus eſt nemo, qui non Coryton & arcum,
Telaque vipo rea lurida felle gerat.
 Et lib. I. de Ponto. & 3. in Ibin.
 De Scythiſ Septentrionalibus populis Claud.
De ſpoliis Scythicos arcus, aut rapta Geloniſ
Cingula.
 Plin. lib. 4. Vt ſit plane arcus Scythici forma.
 Ithera ſeu Ithura, vrbs eſt in Tauro monte Parthiam verſus cuius habitatores Ithuræi arcu & ſagittis claruerunt, quod quemadmodum in cæteris arguitur

arguitur poetarum epithetis. quum arcum vocant Ithuraum, sagittas Parthicas, neruos Geticas, pharetras Sarmaticas & ira in cæteris. Sabe. in Oraculo:

— *Qua turba pharetris
Certa Ithuras sumptis imitauer artes.*

Parthi seu Persæ Orientales populi, sagittis adeo claruerunt, vt fugientes à ærge iaculerentur, auerisque sequentes hostes laderent, perinde ac aduersi, vt iam diximus. Luc.

Ocyor & missa Parthi post terga sagittas.

Car. Sive in Hircanos, Arabasque molles, seu Sacas, sagittiferosq; Parthos. Ouid. l. de Remed.

Vine Cupidinas pariter, Parthasq; sagittas.

Io. Fr. Mirand.

— *In molli pharstrata Persidos urbe.*

A Sarmatis Scythiæ pop. doctiss. iaculorum, Arcus vocatur Sarmaticus. Ouid. l. de Ponto:

*Moris an oblitus patri conu. nere discam
Sarmaticos arcus.* —

Cretenses omnes hac etiam arte clarissimi extiterunt. Virg. in Cyri:

Attila Cretæa sternebat rura sagitta.

Inter insulæ populos præcipui sagittarii fuerunt Dictæi, Gnosiaci, Gortyniani, Cydonii, à Dictæ, Gnosio, Gortyna & Cydone urbibus dicti. De Dictæis Syllius lib. 13.

— *Dictæa per auras
Tranat, & in medium perlabitur urbis arundo.*
Stat. lib. 4. Thebaid.

— *Dictæaq; tela,
Ipsam & Amycleas humeris aptasse pharetras.*
De Gnosio & Gortyna urbibus Cretæ, Lucanus:

— *Gnosiosq; agitare pharetras
Docta, nec Eon peior Gortyna sagittis.*

À Cydone Cretæ oppido, tela Cydonia dicuntur, quod eius loci incolæ periti fuerint sagittarii. Virgilius.

*Ire libet Partho torquere Cydonia cornu |
Spicula, tanquam hac sit nostri medicina doloris.*

Stat. lib. 7. Thebaidos.

— *Cydonias anteibant Gnosæ sagittas.*
Claudianus:

*Quæ vires iaculis, vel quum Gortynia tendis
Spicula, quam felix arcu, certiq; petitor
Vulneris, & certum mentiri nescius ictum,
Scis quo more Cydon, qua dirigat arte sagittas
Armenius, refugo quæ sit fiducia Partho.*

De Orientalibus populis Val. Flac. lib. 5.

*Quos neq; Iber neq; inta suis Aurora sagittis
Sustinet.* —

Per auroram intelligit Orientales. Syll. lib. 12.

Eois quanquam ceter Gortyna sagittis.

Stat. lib. 3. Syll.

Ei Eois iaculo damnare sagittas.

Lycia regio minoris Asia, populos habuit peritos iaculandi. Vnde Virg. Lycias vocat sagittas, lib. 8.

Erithra quoque, siue Erithra, Asia ciuitas arte sagittandi claruit. Sidonius:

Ferte sagittiferis Euan populatus Erithras.

Crinurus ait Scotos (qui vicini sunt Britannis) in dirigendis sagittis acres esse & egregios.

Paulus Diaconus ait, Gothorum gentem nullo armorum genere magis quam arcibus vti consueisse.

Arimaspi populi iuxta Riphæos in torquendis sagittis (quarum sunt peritissimi) alterum inflectunt oculum, vt altero melius cernant. Hinc & nomen traxerunt nam & Ari Scythice vnum, & Maspos, oculum significat.

Balearibus (quæ sunt insulæ maris Hispani) primum repertus est vsus fundæ, & adeo celebratus, vt matres filios suos aliis auib. vesci non paterentur, nisi quas funda fuissent adapti. Virg. lib. 1. Georg.

Stupida torquentur Balearis verbera funda.

Stat. lib. 5.

Roboraq; & erasidas funda Balearis habenas.

Hippocoon, Mnestheus, Eurition sagittarii fuerunt, qui teste Virgilio, contenderunt de palma, & vna iaculati sunt in ludis illis exequalibus quos Æneas ad tumulum patris Anchisæ celebrauit, quum relicta Africa in Italiam nauigaturus redit per Siciliam.

Idem Virg. lib. 6. ait. Chorineum Italum, fuisse peritum iaculatorem. Asylum vero Troianam. arcu & sagittis nobilem,

Acastus venator fuit sagittis clarus, quicum Meleagro ad occidendum aprum (qui Calydonæ vastabat) profectus est. Ouid. lib. 8. Metam.

Leucippusq; feroc, iaculoq; insignis Acastus.

Fuit Paris adeo sagittandi peritus, vt Achillem solo pedæ vulnerabilem te- traiecerit. Virg. lib. 6. Æneid.

Dardana qui Paris dixit tela.

Ouid. in Epist. Paridem sic loquentem inducit:

Neue putes, non me nisi cominus esse timendum,

Figitur in iussu nostra sagitta loco.

Stat. lib. 3. Sylvarum.

De Lycora Ouid. lib. 12.

iaculatoremq; Lycoram

Sternit

Mopsium Cretensem ab arte sagittandi commendat Syl. Italicus lib. 1.

Ilerdes fuit iaculator quispiam, qui tam certis iaculabatur ictibus, vt etiam volucres in medio aere percuteret. Syllius:

Iam socius volucresq; vagas deprendere nube

Assuetus iaculis idem & bellator Ilerdes,

Cui ludus nullam cursu non tollere damnam.

Aleon Cretenensis fuit sagittarius, cuius filium quum rapuisset Draco, tanta arcta sagittam direxit, vt illæso filio Draconem ipsum confecerit. Val. Flac. lib. 1. Argon.

Vacua nam lapsus ab arbore, paruum

Ter quater ardenti tergo circum venit anguis.

Stat procul intendens dubitum pater anxius arcum.

Sidonius:

Vetuisse Castore frenos.

Pollucem

Pollucem castus, Alconem spicula noſſa.

Ang. Politianus in Epigram.

vidit vt implicitum puero pater anxius anguem, &c.

Deucalion Hyperæſii filius ex Hypſo nymp̄ha, fuit etiam peritus ſagittarius. Val. Flac. lib. 1. Argon.

Deucalion certus iaculi.

Æthalides præco fuit inſignis, qui propter eloquentiam Mercurii filius creditus eſt. Hunc etiam telis claruiſſe teſtis eſt Valer. Flac. lib. 1.

Catanes miles fuit, qui iſtibus adeo certis deſtinata feriebat, vt aues quæ ab ipſis nubibus exciperet. autor Curtius lib. 6. de geſtis Alexandri.

Docuit Hercules, quanta ſagittandi arte claret, dum Centaurum Neſſum, quamuis remorum, & ceruam æripedem certo traiecit iſtu, Harpyiasq; volucres in medio confeſcit ære, dicente Seneca.

Petit ab ipſis nubibus Symphalidas.

Eurytus rex Oechaliæ, pater Ioles, Herculem ſagittandi artem docuit.

Fuit Domitianus Imp. doctus adeo ſagittarum, vt inter diſtintos viri procul poſiti digitos tela tranſmitteret. autor Sextus Aurelius. Tranquillus ait centenas varii generis feras, in Albano ſeceſſu, ſagittis plerunque conſoſſas multis videntibus. Ex induſtria ita quarundam capita nonnunquam ſigebat, vt duobus iſtibus quaſi cornua eſſingeret. Nonnunquam in pueri præcul ſtantis præbentis que pro ſeopo diſpanſam dextræ manus palmam, ſagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum innocue eua-derent.

Commodus imperator Fauſtinæ & Marci principis filius centum iſtibus in arena totidem feras ſtrauit, tam validis viribus, vt multas vno conficeret iſtu. Adeo certa fuit ei manus, vt quicquid oculo deſtinaret, iaculo aut ſagitta contingeret. Herodian lib. 1.

Saxo Grammaticus ſcribit Enarum fuiſſe ſagittarium, magno corporis artis que robore præditum, qui tanto rigore arcum intendebat, vt excuſſum ab eo iaculum nulla rerum duricia ſiſteret, quo minus citato motu vniuerſum penetraret obſtaculum.

Nihil erat tam paruum tamque exiguum, quod plumbea ænei tormenti pila non concuteret Andreas Agidarius, ſi illud oculo conſequi poſſet.

Toco miles fuit quiſpiam autore Saxone doctus adeo ſagittator, vt ſermone inter conuiuias temulentius habito, iactauerit tanto iaculandi uſu ſe præditum, vt exiguum quodlibet pomum, baculo procul & longiſſime remoto ſuperpoſitum, prima ſpiculi directione feriret.

Pontanus Aſparem quendam Garamanta à præſtantia torquendorum miſſilium his verbis commendat.

Hinc Aſpar Garamas, quo non præſtantior alter

Aut torquere manu iaculum, aut dare vulnera funda.

DE TELORVM BELLICORVM

& gladiatorum diuerſis generibus.

Cap. XXXIII.

TELorum vocabula Gel. lib. 11. cap. 25. multa ponit ad hunc modum: Haſta, pilum, phalarica, ſemiphalarica, ſoliferrea, geſa, lancea, rumigeſti, faces, tragulæ, frameæ, meſanculæ, cateiæ, rompheæ, ſcorpis, ſcribones, ſilices, vetera. enſes, ſicæ, macheræ, ſpathæ, lingulæ, pugiones, clunacula.

Sequentia iaculorum nomina enumerantur à Crinito, vbi de telorum generibus meminit: Spari, cateia, framea, caia, rumigesti, mesancula, sabinigefa, veruta, aclides, rompha, lancea, pila, sarissa, scribones, tragula, telones, hastæ, fudes, phalarica, issi, faces, femiphalarica, castra, soliferrea, scorpionii.

Aclides, Seruius ait tela esse adeo antiqua, vt nec vsquam commemoratur in bello. Legitur tamen, quod sint clauæ cubito & semis factæ eminentibus hinc inde acuminibus, quæ ita in hostem iaciuntur religatæ loro vel lino, vt peractis vulneribus possint ad dominos redire. Putatur tamen esse teli genus, quod per flagellum in immensum iaci potest. Virgilius lib. 7. Æn.

———— Teretes sunt aclides illi

Tela. ———

Acynacis gladius est Parthorum genti peculiaris. Horat. lib. 1. Car.

Vino & lucernis Medus

Acynacis immane quantum distrepit.

Curt. lib. 5. de gestis Alexandri: Strictoque acynace interfectorum videbatur, ni prope Bessus Bactrianique deprecarentur.

Æganea species leuioris iaculi, autore apud Cælium Eustathio.

Ancyle iaculum quoddam, quo minus vtuntur Ancylistæ, quamuis etiam Ancyle significet ansam iaculi.

Ansata sunt iaculamenta cum ansis.

Catapulta dicitur velox iaculum, vel sagitta. Plautus:

Atq; ita te neruo torquebo, vt Catapulta solent.

Cateia gladius est falcatus, Germanis olim frequens. Syllius.

———— Panda manus est armata Cateia.

Pontan. lib. 5. de Stell. s:

———— Armataq; Pilaq; Cateias,

Clunaculum dicitur à scindendis victimarum elunibus.

Cogidas esse Curtius ait gladios leuiter curuatos, falcibus similes, quibus appetebant beluarum manus.

Culter seu Cultrum (vtrumque enim dicimus) proprie dicebatur gladius victimariorum, quo scindebantur victimæ: Hinc Cultrarii dicebantur victimicidæ. Propert.

Quum fallenda meo pollice cultra forent.

Eius prope generis sunt Clunaculum, & Secepsita.

Dolones tela sunt bellica, à lædendo dicta, autore Donato. Nam dolos Græce læsio dicitur. Syllius lib. 3.

Nec tereti dextris in pugnam armata Dolone.

Tranquillus in Claudio Casare: Reperti & equestris ordinis duo in publico cum Dolone, à venatore cultro præstolantes.

Falces, Harpagones, Fundæ, Fustibalæ, Plumbatæ, Onagri, Scorpiones, numerantur à Vegetio inter tela naualia. Fundis qui vtuntur, vocantur Funditores.

Framea gladius est Marti peculiaris: Iuuenalis:

Et Marti frameam, & Cyrrhai spicula vatu,

Martian. Capella.

Gradui frameam non ausus poscere falcem.

Corn. Tac. vbi de populis Germaniæ loquitur, frameas pro hastis videtur accipere, dicens: Rari gladiis, aut maioribus lanceis vtuntur. Hastas, vel ipsorum vocabulo Frameas gerunt, angusto & breui ferro, sed ita acri, & ad vsum habili, vt eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminus pugnent. Et eques quidem scuto frameaq; contentus est, pedites & missilia spargunt.

Gefa

Gesa Gallorum sunt tela. Virg. lib. 8. Æn.

— Duo quisq; Alpina coruscant

Gesa manu.

Geus siue Geum, dicitur telum omnino ferreum.

Harpe incuruus est Mercurii gladius, quo vsum fecerunt Perseum. Lucanus

Et subitus praptes Cyllenida sustulit Harpen;

Harpen alterius monstri tam cada rubentem,

Pontanus lib. 4. de Stellis:

Qua Martem clypeo, galeaq; adamantideq; Harpe

Instruxit.

Hasta dicitur, quod stans vel à stante ferri soleat. Vnde & hastile deducitur. Moris erat antiquitus, hastæ subicere res, quæ exponebantur vanales per auctionem. Hinc Hastarium, dicebatur auctionaria illa venditio. Tranquillus in Augusto: Ipsum, bonaque eius subiecit hasta, Hastici ludi: qui hasta conficiuntur. Idem autor in Caligula: Edidit & peregre spectacula in Sicilia Syraculis hasticos ludos Hasta pura dicitur, nullo ferro præpilata. Virgil.

Ille vides pura iuuenis qui nititur hasta.

Suetonius in Claudio: Posidem spadonem Britannico triumpho inter milites viros hasta pura donavit. Hastis puris enim milites ob fortitudinem donabantur. Hinc scribit Plin. Sicinium Dentatum donatum fuisse hastis puris duodeuiginti.

Iaculum, quicquid iaci potest. Hinc iaculari verbum. Iuuenalis Satyra 1.

— Et quantas iaculetur Monycus ornos.

Dicimus etiam Iaculo & Eiaculo.

Lingulam veteres dixerant gladiolum oblongum in speciem linguæ factum. Cuius meminit Neuius apud eundem Gellium: Sine mihi gerere morem videar lingua Domitius in Martialem ait, lingulam etiam capi pro instrumento, quod ad similitudinem linguæ conflatum vsui esse potest ad a romana tractanda, ut illo versiculo Martialis.

Gracileq; lingula, careiq; chartaq;

Machæra Græce gladium seu cultrum Latine significat. Apuleius: Cominabatur sese concisurum eum machæra frustatim. Plautus:

Si tibi est machæra, & nobis est urbina domi.

Quod adagium dici solet, quum malum malo opponitur. Urbina enim genus etiam est teli.

Manobarbulus genus est teli, similis plumbeæ pilæ, quo utebantur milites qui manobarbuli dicebantur.

Materis telum est oblongam, breuius tamen lancea. Sisenna: Gallia materibus, Sueui lanceis configunt.

Nouacula culter est ratorius, cuius artifices dicuntur Nouacularii. Martialis. de ferramentis tonforiis:

Tondendu hæc arma tibi sunt apta capillis,

Vnquibus hæc longis uttilis, illa genis.

Paltum teli genus est, seu minoris iaculi, quod in itinere torquetur.

Parazonium gladii genus, quod accingi solet zonæ.

Filum dici potest quinque pedum hastile. Sulpitius ait, Pila Romanorum esse missilia trium pedum, utrinque præfixa ferro trigono vnciatu novem. Lucanus:

— In festisq; obuia signis.

Signa, paros aquilas, & pila minantia pilis.

Pugio genus teli, seu gladij breuiusculi, à pungendo dicitur, vel quod punctim feriat, vel quod punctim teneatur. Hinc diminutiuum Pugiunculus, Cic Hispaniensem Pugiunculum Cn. Pisonem adpellabat.

Romphea genus est teli Thracicæ nationis. Valer. Flac. lib. 6. Argon.

Aquaque nec ferro breuior, nec Romphea ligno.

Mantuan. mediam produxit, dicens:

Quam gerit aduersus feriat Romphea cohortes.

Runa teli genus latam habentis cuspidem.

Sagitta iaculum quod arcu mittitur. Hinc Sagittare verbum, id est, iaculare. Hieron. Vt sagittent in oculis immaculatum, Sagittarius, qui sagittas intorquet. Tranq. in Flauio Vespasiano: Syriacum præmisit exercitum. Hinc XL. millia sagittariorum, Sagittarios equestres Græci Hippotoxatas vocant. Omnium optimi sagittarij sunt Parthi, qui fugientes & auersi iaculantur, & lædunt perinde ac aduersi. Luc.

Ocyor & missa Parthi post terga sagitta.

Fiunt etiam composita Sagittifer & Sagitti potens. Cicero in Arati Phænomenis:

Mense sagittipotens solis quum sustinet orbem,
Ruffus Fest.

Membra sagittigeræ cadunt postrema reuictio.

Sarissa dicitur hasta prælonga, Macedonum genti peculiaris, Vnde & Alexandri stipatores Sarisophoros vocat Curtius, Liuius: Prælongas Macedonens Sarissas vocant. Luc. lib. 8.

Primi Pelleas arcu fregere Sarissas.

Ouid. lib. 12.

*Qui clypeo, gladioque Macedonia que Sarissa
Conspicua* ———

Secespita à secando, gladius erat ferreus & oblongulus, manubrio eburneo rotundo, quo Flamines, Flaminicæ, & Pontifices utebantur ad sacrificia. Tranquillus in Cæsare Tiberio: Nam & inter Pontifices sacrificanti simul pro secespita plumbeum cultrum subiciendum curauit.

Sibina seu Sibinis, telum est venabulo simile, Illyriis peculiare. Ennius:

Illyrius restante sicis, sibinsque fodentes.

Sigymnum iaculi genus est, auctor Cal. ex Lycophrone.

Sica gladius est occultus, inualtorius, qui inclulus ligno formam habet baculi. Hoc qui vtuntur, Sicarij vocantur. Horat.

Si quis erat dignus describi, quod malus aut fur,

Quod machus foret, aut sicarius ———

Mart. lib. vndecimo:

Inuasit medicus sica Phreneticus Eucli.

Spara minime generis sunt iacula, à spargendo dicta. Sunt autem rustica tela in modum pedis recurua. Virg. lib. 10.

Agræstisque manus armat sparus ———

Nam virumque dicimus in masculino & neutro genere. Sallust. Ceteriq; vt quosque casus armauerat sparis, aut lancis: alij præcuras iudei portabant. Lucan.

————— *Tum murices portantur tragula porre.*

Spatha genus est gladii: Iulius Capitolinus de Maximino Imp. Fecit & Ga-

has argenteas, fecit etiam aureas, & omnino quicquid pulchritudinem eius possit inuare.

Tragula à traiciendo, vel quod infixà scuto trahatur. Metaphorice pro dolo capitur. Plaut.

Tragulam in te insicere adonas.

Triphorum dicitur telum longitudine trium cubitorum, quod Catapul- ta mittitur. Ennius:

Aut permaneret paries percussus triphoro.

Venabulum venantium hasta lato præpilata ferro: Ouid. in epist. Phedræ:

Sive tenes lato venabula cornea ferro.

Veruina telum est simile veru. Sidonius:

Cui noster sermo erit pro veruina.

Verutum est telum breue & angustum: autore Nonio. Sallust. 3. Histor. Auxiliumque manebant in modum veruti militaris.

DE PROPRIIS DIVERSARVM GENTIVM armaturis. Cap. XXXIV.

Framea, Germanorum. Romphea, Thracum. Lancea, Hispanorum. Vnde de Varro apud Gellium ait, Lanceam non Latinum, sed Hispanorum esse verbum. Pila, Romanorum. Ipsi, Boiorum. Sarissa, Macedonum. Sibini, Illyricorum.

DE DEORVM DIVERSIS SCEPTRIS ET armaturis. Cap. XXXV.

Clava fuit Herculis telum. Ouid. in epist. Deianyræ:

Instruxitque manum clava domitricæ feraturo.

Idem lib. 15.

Vulnera clavigeri qua fecerat Herculis arcus.

Frameam poetæ vocant Martis hastam.

Simulachro Apollinis apponebantur arcus, sagittæ, clypeus & lyra. Clava- dianus:

Mars clypeo melior, Phœbus præstantior arcu.

Fuscina telum fuit trifidum, in signo Neptuni, vt apud Priapeiam:

Neptuni fuscina telum.

Mart. lib. 1.

Fuscina dente risivam, nexi: fuit anchora curvo.

Dicitur & Tridens, velut tres habens dentes. Neptunus apud Virg. lib. 1. Æneid. Et Luc. 4. Ouid. 8:

Harpe gladius est falcatus Mercurij. Vnde & Ouidius Harpen vocat Cyl- lenium, lib. 3. Metam.

Sceptrum & Fulmen Ioui tribuuntur. Vnde & poetæ Iouem appellant fulminatorem, fulminigerum, fulguratorem, tonitrualcm, sceptrigerum. Quintianus in Orpheo:

Assant calicola intenti, qua salminiger rex

Præcipiat.

Bapt. Pius.

Iunxit Aganorida sceptrifet ipse tonans.

DE VINCVLIS DIVERSIS, AC COMPEDIBUS. Cap. XXXVI.

BOIA dicuntur vincula tam lignea quam fetrea, quod sic illaqueant, ut iuga suos boues.

Capistrum capitis vinculum in equis & iumentis. Martial.

Paret purpureis aper capistris.

Catasta compes erat ferulis. Persius.

Cappadocas pingues panisse catasta.

Capitur etiam pro loco, in quo venales pueri & puellæ seruabantur.

Circires circuli sunt ex ære facti.

Cohum lorum est, quo temo buris iugo adalligatur.

Compes vinculum est pedum, quo alligantur rei, ne carceres effugiant.

Horatius:

Ibericis perusse funibus latius,

Ea erura dura compeda.

Epidromes funes sunt, quibus retia tenduntur circa summam & imiam partem.

Lorum vinculum est ex corio: capitur etiam pro retinaculo iumentorum, & cingulo Veneris, Gellius: Videbamus Androdam & leonem loro tenui reuinctum vrbe tota circum tabernas ire. Lorarij dici possunt, carnificum famuli, qui reos loris vinciunt imperantibus dominis.

Manicæ dicuntur proprie manuum vincula. Virgil.

Ipse viro primus manicæ atque arcta leuari

Vincula iubet Priamus.

Numella vinculum est ligneum, quo reorum pedes & colla in foramina rotunda immittuntur, & ibidem confringuntur, ut se nequeant educere.

Plautus in Afinaria:

Quid aduersum stimulos laminas, cruceque, compedeque

Nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias.

Panagron appellatur rete piscatorum.

Pantheron genus est retis, ex eo nomen habens, quod omnes aues contudat.

Pedica laqueus pedum. Mantuanus in Bucol.

Vt captam pedicis circumdat aranea muscam.

Retia seu Reticula, dicuntur casses venatorum, ad illaqueandas feras. Capuntur & interim pro aliis vinculis.

DE CORONIS, AC PRÆMIIS MILITARIBUS. Cap. XXXVII.

VARIÆ fuerunt olim coronæ, quibus pensabatur hominum virtus, nec ignavis torpor excuteretur, & in generosis virtus cresceret. Plin. lib. 22. numerat Gemmatas, Aureas, Vallares, Murales, Rostrales, Ciuicas, Triumphales, quibus nobiliorem fuisse Gramineam dicit.

Castrensem donabat Imperator ei, qui primus hostium castra pugnans introiisset: habebat autem insigne valli.

Ciuica dabatur ei, qui ciuem à morte liberaffet. Fiebat fronde quercu, aut ilignea. Cælius, Adæhuntur, inquit, cum ilignea corona & chlamyde.

L. Hel. vir Censorius censuit Ciceronem consulem hæc ornandum corona, quod eius opera atrocissima illa Catilinæ coniuratio deleta, vindicataque fuisset.

Muralis dabatur ab Imperatore ei, qui primus murum subiisset, & in opidum hostium per vim ascendisset.

Naualem merebatur, qui maritimo prælio primus hostium navem vi armatus transfiliuisset. Ea rostro nauium erat insignita. Muralis autem, Castrens, & Naualis fiebant ex auro.

Obsidionalem coronam dabant obsidione liberati, ei qui liberauerat. Ea fiebat gramine: vnde & Graminea dicta est. Hanc S. P. Q. R. Fabio Maximo dedit, secundo bello Punico, quod urbem Romam obsidione liberaffet.

Oleagina ob conuersum hostem dabatur. De coronis vide Gellium lib. 5. Blondum Foroliuensem de Roma triumphante libro sexto, Volaterranum lib. 26. Philologiæ Plin. lib. 36.

Oualis corona erat Myrtea: utebantur imperatores, qui ouantes urbem introibant. Ouatio, minor erat triumpho. Ouationis causa est, non triumpho, quum aut bella non recte indicta sunt, nec cum iusto hoste gesta: aut quum hostium nomen humile est, vt feruorum, aut piratarum: aut quum deditioe facta, incruenta parata est victoria. Hæc fiebat ex Myrto.

Triumphales coronæ erant aureæ, mittebanturque imperatoribus ob honorem triumpho. Hæc vulgo dicitur aurum coronarium, inquit Gellius. Aureis postmodum successerunt Laureæ: erantque eiusdem & virtutis & honoris præmia.

DE IIS, QUI DE DIVERSIS REGI-

bus & populis triumphauerunt.

Cap. XXXIIX.

L Attilius Calatinus triumphauit de Sardis. Cn. Domitius de Aruernis & Bathulæorum duce. Liuius Salinator de Illyriis. M. Attilius Regulus de Salentinis. Paulus Æmylius iunior de Liguribus, & Perseo. Menenius Agrippa Lanatus de Sabinis. M. Antonius triumphauit de Armeniæ rege. M. Aquilius consul de Aristonico rege. Iunius Bubulcus Brusus dictator Æquos subegit, ac die octaua de eisdem triumphauit. Furius Camillus Veios decennali obsidione domuit, ac de iisdem triumphauit. Sp. Cassio duo triumpho contigerunt. M. Curtius de Samnitibus & Sabinis. P. Decius iunior de Samnitibus. Cn. Duilius primus de nauali victoria triumphauit. Fabius Rullianus de Appulis, Nucernis, Samnitibus, Vrbibus, Maris, ac Thuscis triumphauit. Fabius Gurges de Samnitibus. Q. Fabius Maximus de Liguribus. Cn. Fuluius Flaccus de Samnitibus. M. Fuluius nobilior ouavit de Ætolis, triumphauit de Ambraciensibus. L. Lucretius Tricipitinus de Volscis. Marius de Teutonibus, & Iugurtha Propert. lib. 4.

*Dij melius, quantus mulier foret una triumphus,
Ductus erat per quas ante Iugurtha vias.*

Q. Ce. Metellus de Iugurtha, & Numidis. L. Mumius de Achæis. M. Horat. consul de Sabinis, sine autoritate Senatus. L. Papyrius Cursor de Samnitibus. L. Papyrius Crassus. eius filius, de Priuernatibus. Cn. Pompeius Magni Pompeii pater, de Picentibus. Pompeius Magnus de Iarba, Mithridate, Aristobulo rege Iudæorum. Anton. Posthumus Tubero de Volscis. L. Æmylius Paulus de Liguribus. Q. Capitolinus, quinquies consul, de Volscis.

Scipio

Scipio Africanus de Annibale & Syphace. Sulpitius de reliquijs Brenni L. Valerius Valefij F. de Veientibus & Sabinis. Valerius Coruinus (qui sextus fuit consul) de Samnitibus. L. Valerius de Volscis & Æquis, sine auroitate senatus. M. Attilius Glabrio de Antiocho, & Ætolis. Aurelius imperator, de Zenobia Palmyrenorum regina. Septimius Seuerus imperator de Arabibus & Adiabenis. Dagobertus rex Francorum de Saxonibus. Papyrius Nafō de Corfis: Iulius Cæfar confectis bellis quinquies triumphauit: primum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, nouissimum Hispaniensem. Triumphauit Bacchus de Indis. Tatius de Sabinis. Gordianus de Persis. Augustus Curules triumphos tres egit: Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum, continuo triduo. Antonius Commodus triumphauit de Germanis. Domitianus de Dacis, & Catts. Papyrius Cursor de Corfis, in montē Albano.

Porro autem lege fuit cautum, ne quis triumpharet, qui minus quam quinque millia vna acie superasset. Nulli item licuit triumphare, qui nec Dictator, neque Prætor, nec Consul res gessisset. Item nemini prius decernebatur triumphus, quam regionem (de qua triumphaturus erat) successori pacatam reliquisset. Triumphantes auratis curribus utebantur, quos albi traherent equi. Pompeij tamen currum in triumpho Africo traxerunt Elephantes: quem imitatus Cæsar, vectus est elephantis quadraginta dextra lauaque lychnos gestantibus, autore Tranquillo. Et Gordiano quadrigæ Elephantorum decretæ sunt triumpho Persico. Habuit & Aurelianus currum quatuor ceruis iunctum. Moris quoque fuit, vt in triumphantum curru sederent eorundem filij. Vnde & Æmylius Paulus speciosissimo triumpho filium duxit, quem triduo post amilit. Triumphantes sequebantur laureati milites. Moris item fuit, Imperatores belli ciuilibus victoria, quantumuis magna, non triumphare: quia ciues, non hostes occidissent. Item, vt milites & abiectissimi quique diuersis contūcijs triumphantes inceserent, ne prospera illa fortuna plus æquo superbirent & insolescerent. Sic triumphante Cæsare milites dixerunt: Galliam subegit Cæsar, Nicomedes Cæsarem. Item Romani seruare vxores, Mæchum caluum vobis adducimus. Ventidium quoque Bassum in Parthico triumpho secuti milites decantarunt. Qui mulos fricabat, factus est consul. Porro lege cautum erat, ne dux ante triumphii initium urbem ingrederetur. Paulus Orosius & cum eo Blondus scribunt, Romanos triumphos numeratos fuisse 30.

Omnium vltimus triumphauit Probus Imperator.

Hæc de Triumphis: de quibus qui plura scire cupiet, videat Blondum Foliuianensem lib. 10. de Roma triumphante.

DE IIS, QUI OB PECVLIARES QVAS-
dam virtutes, Statuas meruerunt.

Cap. XXXIX.

Sesostris rex Aegypti, statuam præclaris facinoribus & bellica virtute apud suos adeptus est.

Aristogitoni & Armodio statuz ab Atheniensibus erectæ sunt, quod Athenas ipsas tyrannide Pisistrati liberaissent. Plin. lib. 34.

Astyo Crotoniæ (quam tribus continuis Olympicis vicisset stadio) posita statua.

Autolycus Pancratiastes statuam habuit in Prytaneo, testis apud Volater. Paulanias.

Demetrius Phalereus, auditor Theophrasti, ab Atheniensibus (quorum Remp. summa virtute ac prudentia 10. annos administrarat) 360. statuis honoratus est. Quas cum postea inuidia disiecissent, satis habuit hæc dicere: At virtutes non euerterunt, quarum gratia eas erexerant. Laert. & Plin.

Eunomio Locrensî artis citharædicæ præstantia statuum peperit, quam Volaterranus adhuc in Italia Locris ostendi testis est. Euthymius apud Plinium legitur.

Meruit & statuum Athenis Fauorinus philosophus, qui (quum in odium Hadriani venisset) disiecta est. Phil. apud Volat.

Isocrates orator Atheniensis sua eloquentia statuam in Olympia meruit.

Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi posuit auream ac solidam statuum primus, teste Plin. cap. 4. lib. 33.

Mithridates Platonis gloria motus eidem statuam dicauit egregium Syloinis opus, quam hoc modo inscripsit: Mithridates Rhodoaræ filius hanc Platonis imaginem Musis dicatam crexit. autor Plut.

Pausanias: Cleombroti filius, quum præclaris facinoribus Lacedæmones sibi demerisset, statua ab eisdem honoratus est: quam tamen postea euerterunt, quod arripere tyrannidem voluisset. Thucydides lib. 1.

Phryne meretrix statua donata est ob formam & pulchritudinem, cuius causa prius in iudicio fuerat absoluta, quum tunicam à pectore deduxisset, Quintil. lib. 2.

Ptolemæus Philopator Homero poetarum maximò templum cum statua dicauit. Alianus apud Volat.

Epicurum Atheniensem philosophum ob doctrinam statuis æreis patria decorauit. Torrel.

Athenienses Phocioni suo principi mortuo æream statuum dicauerunt, ob plurimam in Remp. beneficia, inuentasque eius reliquias publicis sumptibus tumulo mandauerunt. Plut. in eius vita.

Beroso ob verissimas rerum prædictiones statuum posuere Athenienses inaurata lingua. Plin. lib. 7.

Atchias Hyblæus, quum tres ordines Olympia simul & Pythia vicisset, statuum cum Epigrammatis inscriptione meruit. Volat. in Phil. 3.

Atcadius & Honorius petente Senatu, statuum Claudiano poetæ Alexandriano in foro collocari iusserunt.

Demostheni mortuo Atheniensis populus erexit statuum, cui hoc inscripserunt: Si pares ingenio vires Demosthenes habuisset nunquam Græciæ dominatus fuisset Macedo. Plut. in eius vita.

Cononi Atheniensem duci, & Euagoræ, posite sunt statuae prope Iouis seruatoris simulachrum. Plut. Euagora.

Idem in Alcibiade ait, multas Athenis statuas Mercurio fuisse erectas.

Polydamas Herculanî roboris athleta: qui leonem in Olympia inermis iugul. ù 1, & correptum inuictatè magnitudinis taurum, quamuis prætabido impetu proflientem, retinuit, quadrigasque tota vi concitatas altera manu remoratus est, statuum meruit in Olympia. Cæl. lib. 7. cap. 56.

Cylon quamuis tyrannidem affectasset Athenis, nihilominus tamen ob excellentem formam (quæ nullum non allicit) statua ænea honestatus est. Cæl. lib. 13. cap. 7.

Oppianus poetâ, ex Anazarbo Ciliciæ ciuitate (qui de piscibus scripsit) à suis ciuibus magnifica statua honoratus est cum hoc elogio: Oppianus sum suauiloquens vates, quem crudelis atque inhumani inuidia fati ante diem eripuit.

eripuit. Quod si longius in luce moras dedisset nullus mihi par gloria mortalium in terris foret. Volat.

Numa quoque, & Seruius statuas apud Romanos sua virtute meueunt, autor. Plin.

Minutio Augurino statua extra portam trigemina erecta est, populo stipe collata, quod farris precium in trinis nundinis ad assem redegit. Plin. lib. 18. cap. 3.

Trebius in Ædilitate assibus populo frumentum præstitit. Quam ob causam & ei statua in Capitolio & Palatio dicata sunt. Plin. ibid. cap. 3. Notatum est autoribus, L. Actium poetam in Camcenarum eade maxima forma statuam sibi posuisse, quum breuis admodum esset Plin. cap. 5. lib. 14.

M. Porcius Cato fuit Rom. adeo gratus, vt Senatus statuam ei consularem in templo collocauerit; cum inscriptione, restitutos ab eo mores: restitente Plut. in Carone Cens.

Titum Coruncanum quum Tensa Illyricorum regina liberius locutum occidisset, mortuum senatus statua decorauit. Plin. lib. 24. cap. 6.

M. Attulius Glabrio quum apud Thermopylas Antiochum. Afiz regem deuicisset, compos voti factus, statuam auratam patri erexit in æde Pietatis, quod nemini antea Romæ contigerat. Lilius lib. 4. Valerius de institutis antiquis.

Horatio Coclitii statua posita fuit, quod Ethruscorum aciem in Sublicio ponte solus sustinisset. donec ponsa tergo interruperetur, quo cum in Tyberim decidit. Plut. ait fuisse positam ad eum Vulcani.

Chæliæ virgini Romæ equestris statua posita est in via sacra, quod armata & equo insidens Tyberim traiecerat, ad declinandam viam Porsenæ Ethruscorum regis Lilius lib. 2. & Plut. in Parall.

Plutarchus in vita Publicolæ ait, positam fuisse Porsenæ statuam iuxta curiam.

M. Claudius Marcellus, & propter Gallos iuxta Padum, & Annibalem apud Nolam superatos, oppugnatas item Syracusas, in præmium virtutis statuam habuit in æde Palladis cum Epigrammate.

Mutio Scauolæ (qui coram Porsena Ethruscorum rege Romam obsidente dextram flammis admouerat, urbemq; obsidione liberauerat) Romani statuam erexerunt, eique prata dederunt trans Tyberim.

Cheronenses statuam lapideam in foro prope Liberam patrem publice Lucullo constituerunt. Autor Plut. in Cimone.

Iunio Rustico philotopho statuam erexit M. Antonius Imperator. Capitolinus.

Mantuanus, mortuo Virgilio multis post seculis statuam in celebriori sue urbis loco erexerunt, tanti adhuc visi memores, quem multis ante diebus suffocauerant. Paræ. Pontanus de Obedientia.

Verrius Flaccus grammaticus, nepotum Augusti præceptor, statuam habuit in Fræneste oppido, Tranquil. de Illust. Grammaticis.

Claudio secundo Romanorum Imperatori statua cum aureo clypeo erecta est, quod Gothos Macedoniam vastantes magna attriuisset clade. Eutropius.

Quaui oratori Romanos S. P. Q. R. statuam erexit, quod legatus ad Antiochum missus regem ipsum respondere sine cunctatione & mora compulisset. Plin. hoc adscribit Cn. Popilio. Crin. lib. 7. cap. 3.

Vestritius Spurina, Lyricus poeta, in Brueterum regem imperator constitutus,

stitutus, parta victoria triumphalem meruit statuam. Plin. Iunior Epistol. 7. lib. 2.

Nerva Cocceius Imperator statuas & imagines Sofiæ, Palmæ & Celso constituit, quos viros præ cæteris coluit, & summo in honore habuit auctor Dion Cassius.

Iosephus Iudæus propter libros de captiuitate Iudaica scriptos, statuam Romæ obtinuit.

Antonio Musæ medico Roma statuam Esculapio proximam locauit, ob Augustum morbo sanatum. Suet. in Augusto.

Caia seu Tanquil, mulier laudatissima, & Tarquinii vxor statuam in templo meruit.

Finis Libri Quartij.

Libert Quartus.

DE NOREM MUSIS. Cap. I.



Vras Poetæ fingunt esse Iouis & Memoria, seu Mnemofines filias, quod doctum oporteat secunda esse memoria. Dicunt insuper has Musicæ præesse, & carminum inuentrices vocant, quod Musica cantum significet, & Poësis proximè ad Musicam accedat, quum præsertim & numeris constet, & prosodiâ. Fingunt earum sedem esse in Helycone, Bœotiz monte, prope Phocidem, à quo vt à confinibus

locis diuersa meruerunt nomina. Vocantur siquidem Helyconides, & Helyconiades, ab Helycone: Parnasides, à Parnaso Phocidis monte vbi et am finguntur habitare: Aonides, & Aonia, ab Aonia, quæ est propinqua Phocidi: Cytheriades, à Citheronè Bœotiz monte: Pierides, à Pieria regione Macedoniæ, vbi etiam Musarum domus esse dicitur: Thespiades, à Thespia oppido Helyconi propinquo: Pegasides, à Pegaso equo Bellerophontis, qui pedè vngulis fontem è terra dicitur elicuisse, sacrum Musis, nomine Hippocrenem à quo & Hippocrenides dicuntur: Libethrides, à Libethro Macedoniæ monte sibi sacro: Pimplides, seu Pimplæ, vel à Pimplæo Macedoniæ fonte vel monte Orchomenorum: Castalides quoque pari ratione dicuntur à Poëtis, à Castalio fonte Parnasi, quem etiam sacrum Musis fabulantur. Superest vt hæc omnia testimoniis confirmemus. Virg. in Bucolicis:

Nympha noster amant Libethrides: ———

Columella lib. 11.

Nunc vos Pegasidum comites Acheloides ora.

Ouid. in Epist. Sapphus.

At mihi Pegasides blandissima sarmina dicant.

Idem ibidem:

Nec mihi Pierides sobennis Dryadesve puella,

Nec me Thespiadum cætera turba iuuat.

Lucret. lib. 3.

Addo Heliconiadam comites, quorum vnus Homerus.

Ouid. lib. 4. Fast.

Pandite mandata memores Helyconis alæna,

Stadius lib. 1. Syl.